Commentarii critici ad Thucydidem pertinentes

Karl Hude

COMMENTARII CRITICI

AD THUCYDIDEM PERTINENTES.

SCRIPSIT

CAROLUS HUDE.

(Insunt codd. Laur. et Vatic. librr. VII et VIII collationes.)

HAUNIAE MDCCCLXXXVIII.

IN LIBRARIA GYLDENDALIANA.

TYPIS GRAEBIANIS.

COMMENTARII CRITICI

AD THUCYDIDEM PERTINENTES.

SCRIPSIT

CAROLUS HUDE.

(Insunt codd. Laur. et Vatic. librr. VII et VIII collationes.)



HAUNIAE MDCCCLXXXVIII.

IN LIBRARIA GYLDENDALIANA (F. HEGELII ET FIL.).

TYPIS GRAEBIANIS.



Hanc dissertationem Facultas philosophica Universitatis Hauniensis dignam judicat, quae ad Doctoris honorem et nomen auctori comparandum publico examini subjiciatur.

Hauniae d. XX. Februarii MDCCCLXXXVIII.

Ludv. F. A. Wimmer,
Decanus Fac. philos.

Index rerum.

χαλεπὰ . . παντὶ ἑξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι.

PRAEFATIO.

Opus Thucydidis, principis fere scriptorum Atticorum, vitiis et plurimis et gravissimis oblitum ad nos pervenisse, praeterquam quod testimoniis et grammaticorum (cf. Stahlii ed. ster. I praef. pag. XXVII) et lapidum (cfr. quae Kirchhoffius in Herm. vol. XII disseruit) diserte confirmatur, quicunque paulo intentius rem examinaverit, facile dabit. Quo magis nullam adhuc editionem universo apparatu critico ex optimis codicibus ducto instructam prodiisse dolendum est. Contextus enim qui hodie vulgatur *Imm. Bekkeri* maxime curis constitutus est (ed. prima Berol. a. 1821 prodiit, emendatiores ibid. aa. 1832. 1846. 1868), qui quanquam et paucis libris mscrr. melioris notae adhibitis magnaque ex parte satis accurate collatis et acumine ingenii in emendatione scriptoris moderate et feliciter exercendo de opere Thucydideo optime meritus est, iudicio tamen saniore quam subtiliore in testimoniis codicum aestimandis utebatur. Codices quorum ad fidem Thucydidem recensendum sibi proposuit hi sunt: *Cisalpinus* sive *Italus* (A), *Vaticanus* (B), *Laurentianus* (C), *Marcianus* (D), *Palatinus* (E), *Augustanus* (F), *Monacensis* (G); quibus nostra memoria (a. 1867) accessit *Londinensis* sive *Britannicus* (M), quem Stahlius editioni Tauchnitzianae primus adhibuit. Horum omnium antiquissimus esse videtur *Laurentianus,* quem qui artem palaeographicam quam vocant accuratius coluerunt intra annos 900—950 p. Chr. n. scriptum esse existimant[1]; ei aetate proxime accedunt *Vaticanus, Palatinus, Londinensis, Italus:* aliquanto recentiores sunt *Monacensis,*

[1] Cf. coll. Florent. facsim. palaeogr., edd. Vitelli et Paoli, 1885. Fascic. II tab. XVIII.

Augustanus, Marcianus, quorum quem postremum posui nullius fere auctoritatis esse constat. Omnes ad unum idemque archetypum vel recensionem principalem referendos esse, communitate mendorum glossematumque plurimorum satis indicatum est; sed duae codicum quasi familiae inter se discernendae sunt, quarum altera libris *Vatic., Pal., Ital., Aug.,* altera *Laur.* et *Monac.* solis continetur; peculiarem quendam locum habet *Londinensis,* qui memoriam modo cum his modo cum illis consentientem praebet.

Difficilior oritur quaestio, cum de codicibus non solum vetustate et cognatione, sed etiam bonitate et sinceritate aestimandis agetur. Bekkerus, quem sequitur *Stahlius* quo post illum nemo fere de Thucydide recensendo melius meritus est, Vaticanum omnium praestantissimum habuit; cuius tamen iudicium propterea mancum fieri necesse erat, quod libri Laurentiani partium quarundam solarum (I, 15—II, 103; VIII, 1—31) scripturas enotaverat, nec ad hoc damnum reparandum satis valuit, quod scripturas cod. Monacensis notas habebat, quippe qui multo recentior sit. Libros III et IV ad usum editionis suae conferendos curavit Arnoldius; cui tamen collationi fides haberi non potest. Praestantiam praecipuam Laurentiani primus, quantum scio, agnovit *Schoenius,* qui libros I et II scripturis tam Laurentiani quam Vaticani diligentissime excerptis ex recensione Bekkeriana edidit (Berol. 1874, cf. eiusdem verba in Bursian. jahresber. 1877); postea *L. Sadeeus* (de Dion. Halic. script. rhet. quaestt. critt. Argentor. 1878; v. inprimis pag. 140) comparatione scripturarum utriusque codicis et earum quas in Thucydide laudando tradit Dionysius Halicarn. in his ipsis libris instituta Laurentianum Vaticano praestare iudicavit. His rebus, opinor, permotus etiam Stahlius illum codicem «propriam quandam verborum Thucydidis memoriam praebere» in ed. III Poppiana libri I (proll. p. 46) statuens Vaticanum interdum aspernatus est; sed multo pluribus etiam locis scripturam Laurentiani recipere debuit, quorum quosdam infra attingam.

Sed ad caput quaestionis veniamus. Namque cum in ceteris libris Thucydidis ea tantum differentia inter codices intercedat, ut plerumque quae scriptura melior i. e. ad sententiam loci et usum loquendi Thucydideum convènientior sit quaeratur, in duobus postremis (inde ab VI, 92, 5 verbb. *καὶ ἂν*) Vaticanus

saepissime, cum scripturas meliores vel speciem quandam bonitatis prae se ferentes exhibet, a memoria ceterorum codicum[1] ita abhorret, ut e fonte plane diverso eum in his libris ductum esse appareat, quem fontem non codicem aliquem iis omnibus, e quibus ceteri codd. derivati sunt, multo praestantiorem, sed recensionem quandam singularem fuisse consentiunt editores. Cuius recensionis fundamentum rationemque adhuc nemo fere[2] diligentius examinavit, sed suo quisque iudicio in singulis Vaticani scripturis recipiendis aspernandisve obtemperaverunt editores, quorum Stahlius ita rem egit, ut Bekkerum secutus interpolationibus correcturisque apertioribus praetermissis Vaticano maiorem fidem haberet, *Classenius* interdum ne manifestissima quidem vitia correctura illata repudiaverit, *Herwerdenus*[3] medium quoddam iter tenere conatus sit. Sed in hac re eo magis digni sunt quibus ignoscatur, quod adhuc locorum in his libris et Laurentiani plane nulla collatio extat et ne Vaticani quidem scripturae omnes cum cura enotatae sunt; quam ipsam ob rem, ut instrumentis melioribus instructus ad rem satis difficilem accederem, ipse Laurentiani libros III—VIII (nam I—II diligentia Schoenii praeoccupaverat) et Vaticani libros VII et VIII cura qua potui exactissima contuli, ut iis dumtaxat locis, quibus scripturae a me adnotatae ab vulgatis differant, meas praestare possim, aliis vero aliqua me fugisse negare non audeam.

Antequam ad recensionem, e qua contextus Vaticani prodiit, examinandam veniam, ratio quae Laurentiano et cum Vatic. solo et cum consensu ceterorum codicum[4] intercedit breviter

---

[1] Cod. H. (Paris. vet. fund. 1734, saec. XV) solo excepto, qui e Vaticano vel codice ei cognato descriptus esse videtur et in libri VII cap. 50 (§ 1: τούτῳ) desinit; qui ut nullius fere pretii hodie vulgo recte omittitur.

[2] Eggertium (de Vatic. cod. Thucyd auctoritate. Berol. 1882) de ea re quaedam disputantem rem minime absolvisse merito iudicavit Stahlius (l. l. pag. 45 adn. 2).

[3] Quem criticum, cum saepius de scripturis corruptis sanissime iudicaverit, interdum in easdem inutiles correcturas quae in Vatic. substitutae sunt incidentem invenimus.

[4] His adnumerandae sunt scripturae discrepantes, quae ex alio quodam codice petitae in his solis libris signo γρ(άφεται) plerumque notatae contextui Vatic. adscriptae sunt; quae fere ubique cum Laur. et cett. eiusdem familiae, Italo maxime, consentiunt, paucis tamen locis (VIII, 30, 2; 79, 2) scripturam singularem exhibent.

explicanda est. Laurentianus igitur, quanquam incuria librariorum interdum vitiis gravissimis, omissionibus maxime, infectus est, haud ita paucis locis una cum Vatic. solo veram scripturam praebet, nec desunt loci, ubi idem solus, cum scripturae Vatic. et ceterorum codd. inter se discrepent, verum exhibeat, quibus rebus eum familiae suae optimum esse facile appareat. Multis tamen partibus plures ei loci sunt, quibus in consensu ceterorum codd. prava praebentium Laur. solus .vel cum Monacensi solo, cuius ut recentioris minor auctoritas est, rarius cum Londinensi veram scripturam continet; velut saepissime glossematis, quae in omnibus ceteris ita in verba scriptoris irrepserunt ut hodie secerni vix possint, caret. Itaque ut gravissimus testis summa cum diligentia adhibendus est.

Iam cum quam fidem recensioni Vaticani haberi liceat disceptabimus, duae res in primis investigandae sunt, unum, qualem librum diasceuastes pro fundamento recensionis habuerit, alterum, quanta qualisque recensio ipsa fuerit, quae duo ita inter se connexa sunt, ut aliis locis utrum diasceuastes scripturam veram in exemplari suo invenerit an emendando restituerit diiudicari vix possit, aliis vero utrum errori an correcturae perversae scriptura deterior tribuenda sit dubitari liceat; nec me ipsum locis quibusdam in suspectando paulo longius fortasse quam debuerim progressum esse infitias eo. Ac tamen universe certum quiddam statui potest. Nam praeterquam quod, ut dudum dixi, haud ita raro Laur. et Vatic. soli consentientes veram scripturam praebent, loci satis multi sunt, ubi Vatic. omnium solus ita verum servaverit, ut non ad emendationem ingeniosam, sed ad meliorem quendam fontem id referendum esse appareat. Sed accessit recensio, quam si in mendis removendis et glossematis quibusdam in contextum recipiendis tantum diasceuastes exercuisset, minimus labor spuriorum removendorum nobis restaret; at nullam fere rationem verborum Thucydidis deformandorum praetermisit ille, quem omissionibus additionibusque, correcturis et permutationibus vocum, transpositionibus denique verborum grassatum esse videmus. Haec quae posui disquisitione perpetua contextus librorum VII et VIII, quam subieci, demonstrata fore spero, cuius hanc mihi rationem proposui, ut interdum codicum Laur. et Vatic. quasi comparandorum causa scripturas vel sanas vel vitiosas, iis maxime locis,

ubi falsa de iis vulgarentur, strictim commemorarem, saepius vero de controversis solis copiosius dicerem; quo in genere locis quibusdam me ea, quae alii eodem fere vel simili modo proposuissent, breviter repetivisse vix quisquam improbabit, qui me id egisse ut universam codicum rationem exponerem recordatus erit. Collationes tamen ipsas ad usum iudiciumque legentium adiungere satius duxi. Stemma codicum, si libros VII et VIII solos respiciemus, sic fere proponendum erit:



Miretur forsitan quispiam, quod de correcturis non per species egerim; sed haec quam secutus sum ratio cum ob alia tum ideo mihi magis idonea esse videbatur, ne quid momenti paulo maioris praetermitteretur; accedebat, quod sic ea quae in scripturis traditis emendandis explicandisve ipse elaborassem ceteris aptius addere me posse putabam. Ceterum ne conspectus eorum Vaticani mendorum, quos correcturae potius quam incuriae tribuendos esse statuissem, plane desideraretur, indices horum locorum ad genera quaedam digestorum addidi, in quos etiam locos dubios signo interrogationis adpicto recepi. Unum solum genus correctionum hic melius disceptari posse videtur, transpositionum dico. Nam ex ll. VII^mi et VIII^vi duodequinquaginta locis, ubi in codd. ordo verborum variatur, Laur., plerumque

cum cett. consentiens, locis viginti quattuor (VII, 1, 2; 1, 4; 29, 5; 53, 4; 56, 2; 57, 3; 57, 4; 65, 3; 66, 1; VIII, 7; 8, 3; 26, 1; 33, 1; 42, 2; 50, 1; 55, 3; 69, 1; 75, 2; 85, 1; 86, 6; 89, 1; 92, 5; 96, 5; 98, 1), Vatic. vero octo tantum locis (VII, 52, 2; 70, 1; 82, 3; VIII, 14, 3; 32, 1; 46, 5; 95, 2; 97, 5) collocationem haud dubie meliorem vel exquisitiorem exhibet; quae cum ita sint, iis sedecim locis, qui dubii restant (VII, 6, 1; 25, 1; 43, 6; 50, 1; 57, 9; 75, 5; VIII, 12, 1; 14, 3; 23, 2; 46, 1; 50, 2; 50, 4; 76, 6; 90, 4; 92, 5; 100, 5), collocatio Laurentiani praeferenda est. De singulis locis videantur adnotata.

Una restat quaestio, ad nostrum propositum levior illa quidem, sed quae non omnino neglegi posse videatur. *Udalr.* enim *de Wilamowitz-Moellendorff* in «curis Thucydideis» (ind. schol. Gotting. 1885, I) recensionem unde contextus Vaticani in ultimis libris pendet ad editionem in tredecim libros divisam, cuius cum Marcellinus (§ 58) mentionem fecit, tum subinde margines nostrorum codicum, velut Laurentiani IV, 77 extr. *(τῶν εἰς ιγ' τέλος τοῦ ς', ἀρχὴ τοῦ ζ')*, vestigia servant, referendam esse demonstrare sibi visus est; quam editionem primo ante Chr. n. saeculo in manibus hominum fuisse loco quodam Pseudo-Plutarchi declarari putat. Quae si vera sunt, Vaticano quippe e recensione iam antiquitus facta pendenti aliquanto plus auctoritatis accedere nemo negaverit. Sed fundamentum, quo haec tota disputatio nititur, prorsus lubricum est. Parum enim constat, librum nonum huius editionis in capite 93 l. VI[ti] editionis octateuchae desivisse, id quod ille opinatur; sed constet sane: qua tandem ratione id factum esse putamus, ut Vaticanus ne minimum quidem vestigium huius partitionis prae se ferat? Accedit insuper, quod quae discrepantia Vaticano cum ceteris libris intercedit non a capite 94 demum, sed inde a cap. 92, 5 incipit.

Consilium mihi fuerat disquisitioni de ll. VII et VIII factae recognitionem talem ceterorum librorum adiungere, ut et scripturas Laurentiani, ut quaeque magis vulgata placuisset, vel novas proferrem vel notas vindicarem et ad scripturas vitiatas emendandas quae potuissem conferrem; quamvis enim multa in hac re cum editores tum alii viri docti, quos inter Cobetus et Madvigius maxime laudandi sunt, elaboraverint, plurimi tamen

loci restant, ubi scriptura vera vel certe sana probabilisve nondum restituta sit, neque vero desunt, quos adhuc iniuria intemptatos reliquerint editores, quorum Herwerdenum in Thucydide quamvis genuinis deletis decurtando ingenium minus exercuisse vellem. Sed cum vererer, ne et hoc opusculum ultra modum disputationis accresceret et publicatio iam per aliquantum tempus aliis studiis retardata ulterius prolataretur, libros III et IV solos ea quam dixi ratione recognitos speciminis modo publici iuris facere placuit. Cuius recognitionis duae mihi res fortasse excusandae sunt, unum, quod correcturas aliorum, Kruegeri maxime, immerito ab editoribus neglectas interdum paulo copiosius tutatus sum, alterum, quod inventa superiorum, in quae ego quoque incideram, tacitus praetermittere non sustinui; mei tamen satis restare confido.

PARS PRIOR.

De locis librorum VII et VIII discrepantia codd. Laurentiani et Vaticani insignibus quaeritur.

Liber VII.

1, 2. — *ἃς ὁ Νικίας ὅμως, πυνθανόμενος αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι, ἀπέστειλε]* recte edd. recc. praeter Classenium hanc scripturam Laur. et cett. codd. praetulerunt; in Vatic. *ὅμως* post *αὐτοὺς* ponitur. Particula *ὅμως* verbo *ἀπέστειλε* addita eae res quas tunc Nicias fecit pristinae eius incuriae (cf. VI, 104, 3: *οὐδεμίαν φυλακήν πω ἐποιεῖτο*) opponuntur (Stahlius apte III, 28, 2 confert), qua voculae vi non intellecta corrector Vaticani particulam enuntiato pendenti *αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι* applicuit, tamquam si Nicias Peloponnesios omnino non perventuros esse speravisset, cuius rei nulla adumbratio facta est. Ceterum dubito an VI, 104, 3 extr. *παρεσκευασμένος*, ut infinitivus *πλεῖν* ad Gylippum solum (cf. supra: *αὐτὸν προσπλέοντα*) referatur, scribendum sit, cum verbum *δοκεῖν* satis insolenter personaliter positum sit (cf. adn. ad IV, 62, 2; dubius est locus IV, 14, 2, ubi nihil quominus *impeditus sibi videbatur* vertatur obstare videtur); nihil certe offenderet in narratione maxime perspicua mutatio subiecti, quam causam cur in Vatic. correctione, opinor, *ἐποιοῦντο* scriptum sit fuisse suspicari licet. Nam vulgata *ἐποιεῖτο* satis verbis Plutarchi (Nic. 18): *οὐδὲ φυλακὴν ἐποιήσατο (τοῦ Γυλίππου) καταίροντος* comprobatur. — In § 3 Stahlius in ed. alt. recte Kruegerum in scriptura Laur. *στρατιᾷ* (Vatic. *πανστρατιᾷ*) servanda secutus est, quod Selinuntios qui Ségestanos bello premerent totis viribus subvenire potuisse veri parum simile esset;

accedit, quod iam antea Selinuntii copiarum parte Syracusanis affuisse dicuntur (cf. VI, 67, 2). Quod in proximis superioribus Vatic. *ὅσα* pro *ὅσοι* praebet, ad quam scripturam agnoscendam inclinat Classenius, errori librarii haud dubie tribuendum est; *ὅπλα* enim nulla nautae habebant. — Pro *τὰς γὰρ* (Vatic.) in cett. *τὰς μὲν* scriptum est, unus deterrimus (Mosquensis) *τὰς δὲ* praebet. Fortasse part. *δὲ*, quae in talibus explicationibus parenthetice additis usitatissima est (cf. v. c. 57, 4; VIII, 92, 9), posuit Thucydides; quae cum in codd. in *μὲν* corrupta esset (sicut in Vatic. initio huius libri factum est), in Vaticano e coniectura *γὰρ* substitui potuit. Cf. etiam ad c. 79, 3. — In § 4 nullo discrimine in Laur. et Vatic. *πέμψειν δέ τιν' αὐτοῖς κτλ.* scribitur, qua re fit ut elisionem sane insolitam (cf. adnot. Stahlii) repudiare paullum dubitem; Stahlius pronomini indefinito tamquam ad sententiam parum convenienti partic. *ἔτι (π. δ' ἔτι αὐτοῖς)* substituit, sed cf. VI, 94, 2; VIII, 70, 2. Collocationem *δοκοῦντος προθύμως ἥκειν*, quam e Vatic. recepit Class., correctori imputaverim; cf. supra *πολὺ προθυμότερον (προσχωρεῖν) ἑτοῖμοι*, quae verba Kruegero praeeunte frustra temptavit Herwerd., dum verbo *ἑτοῖμοι* deleto *πολὺ προθυμότεροι προσχωρεῖν* scribit, tamquam si adi. *προθυμότεροι* ulla interpretatione eguerit. — In hoc capite magis solito in particula *τε* addenda vel omittenda vacillat codicum memoria, et in talibus minutiis vix quidquam pro plane certo poni licere concedendum est. In § 3 prius *τε* omittit Vatic., in § 4 *τε* om. Laur.; sed cum utroque loco particula ad iuncturam membrorum notandam aptissima sit *(τούς τε Ἱμεραίους ἔπεισαν — καὶ τοὺς Σελ. π. ἐκέλευον; τοῦ τε Ἀρχωνίδου ν. τεθνηκότος — καὶ τοῦ Γυλ. ἐκ Λ. π. δοκοῦντος ἥκειν)*, utraque genuina habenda est. Maiorem dubitationem afferunt in § 5 verba *τῶν τε* (om. Vatic.) *σφετέρων ναυτῶν καὶ ἐπιβατῶν*, sed collocationem particulae satis, opinor, tuentur loci, quos ad I, 7 (1) (cf. ad I, 26, 3 (2)) attulit Kruegerus, nisi forte *τῶν τε* et *Ἱμεραίους δὲ* inter se referenda sunt, cf. VII, 81, 3 et Stahl. ad III, 52, 2; neque vero particula *τε* post *Σελινουντίων* posita, qua Krueg. offendebatur quamque omittit Laur., cum verba *ψιλοὺς καὶ ἱππέας* etiam ad *Γελῴων* pertinere veri simile sit, facile caremus.

2, 3 plenior scriptura Vaticani *τότε τι τεῖχος* (Laur. cum cett. *τι* om.) fortasse genuina est; contra paullo infra *πρὸς (τὰς Ἐπιπολὰς)* pro *ἐς*, quod cett. exhibent, ad repetitionem prae-

positionis vitandam correctura positum esse puto (cf. Betant. lex. s. v. *ἀφικνεῖσθαι*).[1] — In § 4 Vatic. *ἐτύγχανε δὲ κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ*, Laur. et Vat. *γρ.* cum cett. *ἔτυχε δὲ κατὰ τοῦτο καιροῦ* praebent. Imperfectum defendi vix potest (cf. Class. adnot. crit. ad III, 111); articulum *τοῦ* receperunt editores, haud scio an male. Afferunt locum Phrynichi (p. 279 ed. Lobeck.), qui Thucydidem in libro octavo alicubi *μετὰ τοῦ ἄρθρου κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ* dixisse verbis satis incertis *(ἡγοῦμαι)* testatur; sed cum nullus talis locus in l. VIII extet, adnotatio Phrynichi, si quidem veri quidquam habet, tam e loco VII, 69, 2: *ἐν τῷ τοιούτῳ τοῦ καιροῦ* quam e nostro orta esse putari potest. Fortasse igitur ita se res habet, ut corrector h. l. articulum ad similitudinem loci VII, 69, 2 addiderit. Ceterum cf. III, 57, 3; VII, 33, 6, Demosth. II, 8: *καιροῦ — πρὸς τοῦτο πάρεστι τὰ πράγματα*, et Lobeckius ad l. l. — Paullo infra nihil est cur scripturam Vatic. *ἀπετετέλεστο* (cett. *ἐπετ.*) praeferamus, cf. 4, 2; VIII, 55, 2. — Recte Stahlius scripturam Laur. *πλὴν κατὰ βραχύ τι* tuetur; in Vatic. solo pro *κατὰ* scribitur *παρὰ*, quam praepositionem sic abundanter post adv. *πλὴν* scriptores Atticos posuisse demonstrare debuit Class. Articulum post *τι* omittit Vatic., ideo fortasse, quia coniunctio paullo rarior pronominis indef. et articuli non intellecta erat. In Vatic. scribitur *αἱ Συράκ.*; sed articulo facile caremus, cf. VI, 75, 4; 88, 10.[2]

3, 1 melius fortasse in Vatic. *τὸ πρῶτον* scribitur (cett. artic. omittunt). — Paullo infra etiam Laur. *προσπέμπει* praebet. Quod in Vatic. *ἐξιέναι τῆς Σικελίας* praepositione omissa scribitur, nec Thucydides (v. Betant.) nec ceteri scriptores prosae orationis verbo *ἐξιέναι* genetivum nudum addiderunt. — In § 3: *πρὸς τῷ ἑαυτῶν* (Vatic., *ἑαυτοῦ* cett.) *τείχει* pluralis ideo maiorem fidem habet, quod insolenter Niciae murus dicitur; quamquam

---

[1] Similiter I, 131, 1 in omnibus codd. praeter Laur. *πρὸς (τοὺς βαρβάρους)* pro rariore *ἐς* substitutum est; sed cfr. 132, 4.

[2] Ad genetivum *κινδύνου* (cf. III, 49, 4), qui e locutione: *παρὰ τοσοῦτον ἐλθεῖν* (cf. VIII, 76, 4: *παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν*, Eur. Heracl. 295: *παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν*), non e verbo *τοσοῦτον* solo pendet, explicandum afferri potest locus Isocratis (XV, 122): *μικρὸν ἀπολιπεῖν τοῦ μὴ — περιπεσεῖν*; rectius igitur vertitur: (tanto i. e.) *tam parvo discrimine S. periculum effugerunt* quam *eo periculi S. venerunt* (Valla) vel *tam prope ad periculum S. venerunt* (Poppo-Stahl. ad III, 49, 4).

facilius ἑαυτοῦ in ἑαυτῶν quam contrario modo corrigi poterat. Terminationes -ων et -ου inter se permutatae v. c. VIII, 48, 5; 56, 4 inveniuntur. — In fine capitis verbum μεγάλῳ, quod Vatic. solus addit, frustra eo editores quidam defendunt, quod alibi (velut 4, 4) adiectivum additum est; quod nostro loco spurium esse, satis scholio: τῷ λιμένι] τῷ μεγάλῳ declaratur, cfr. loci quos in adnot. crit. collegit Stahlius, v. c. 25, 5.

4, 2 dubito rectene Stahlius e Vatic. (et M.) τὸ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τεῖχος scripserit, quod articulo addito ad 2, 4: πρὸς τὴν θάλασσαν respiciatur; hoc enim articulo τὸ ipso fit et saepius Thucyd. ἐπὶ θαλάσσῃ artic. omisso posuit, cf. I, 58, 2; II, 9, 4 (; IV, 54, 1). — In § 4 pro ῥάων Vatic. ῥᾶον exhibet; sed cfr. de hac re adnot. mea ad IV, 10, 2, quacum consentientem Herwerd. invenio. Quod in Vatic. ἤδη ante σφίσιν scriptum est, utrum interpolationi an errori (praecedit enim ἤδη μᾶλλον) tribuendum sit, in incerto relinquo; cf. tamen ad 31, 3. Idem ut saepius (v. c. 5, 2) solus articulum ante vocabulum Γύλιππος habet; deest in utroque 11, 2; 12, 1. — In § 5 aorist. ἐξετείχισε, quod ex aliquot codd. dedit Stahlius, consensu Laur. et Vatic. comprobatur; paullo infra hic cod. ad ἔκειτο quod praecedit minus apte ὡρμίζετο, nescio an correctura, praebet (in γρ. ὥρμει, ut cett.). — In § 6 Vatic. solus ante διεφθείροντο verba οἱ πολλοὶ addit; sed iure Stahlius: qui, inquit, tandem restabant, si, quotienscunque exierant, plurimi nautae peribant? Additamentum, opinor, vi imperfecti, quod nautarum exeuntium subinde aliquot occisos esse significat, non intellecta ortum est. Simili fortasse modo vi praepositionis ἐν *(apud)* non perspecta infra in Vatic. ἐπὶ τῷ Ὀλυμπιείῳ πολίχνῃ verbis τῃ ἐν omissis scriptum est.

5, 1 in ceteris ἐτείχιζε, in Vatic. solo διετείχιζε extat. Praepositio *(ΔΙ)*, quae hoc loco, cum non διατείχισμα, sed παρατείχισμα (cf. 11, 3) intellegendum sit, minime convenit, e praegresso *N* oriri potuit illa quidem (Stahlius); fortasse tamen propter verba quae sequuntur: διὰ τῶν Ἐπιπολῶν addita est. — § 2 extr. in Laur. e sequentibus verba καὶ τῶν ξυμμάχων irrepserunt. — In § 3 dubito rectene editores e Vatic. (et Marciano) particulam μὲν nomini Gylippi addiderint, cui quidem particula δὲ cap. 6 in. *(ὁ δὲ Νικίας καὶ οἱ Ἀθηναῖοι κτλ.)* posita respondere potest; sed cum res ab Atheniensibus factae eruptioni Syracu-

sanorum, non orationi Gylippi oppositae sint, melius *μὲν* aberit. — § 4 magis placet *ἐπειδὴ* (Laur.) quam *ἐπεὶ* (Vatic.).

6, 1. *νικᾶν τε μαχομένοις διὰ παντὸς καὶ μηδὲ μάχεσθαι*] in Vatic. *ἀμύνεσθαι*, superscripto *μάχεσθαι* [non *μάχεσθαι*, adscripto *μάχεσθαι ἀμύνεσθαι*, ut indicavit Class.], legitur, quod verbum quin a correctore vim sententiae in repetitione ipsa verbi *μάχεσθαι* positam esse non intellegente pro hoc ad sermonem variandum substitutum sit non dubitari potest. Ex alio cod. v. l. *μάχεσθαι* addita est. Collocatio *ἀναγκαῖον σφίσιν εἶναι*, quam supra praebet Vatic. (cett. *ἀ. ε. σ.*), sitne exquisitior dubito. — § 3 in Vatic. *κέρατι* (in *γρ. κέρᾳ*, ut supra [§ 1] in cont. *τὸ αὐτὸ*, in *γρ. ταὐτὸν*) scribitur; sed cum plurimis locis Thucydidis vocabulum *κέρας* per contractionem, uno solo (V, 71, 1: *κέρατα*) per *τ* litteram flectatur, scriptura cett. codd. praeferenda est. Unum de hoc vocabulo testimonium inscriptionum Atticarum extat, in quo *τ* litt. invenitur (cf. Meisterhans. gr. inscr. Att. § 34, 3); quod cum e duali, qui numerus nisi per *τ* litt. flecteretur cum plurali plane congrueret, ductum sit minoris faciendum est. — Paullo infra recte pro *διὰ τοῦτο*, quod Vatic. praebet, *δι' αὐτὸ* restituit in ed. alt. Stahl., cf. Krueg. adn. ad I, 2, 1. — Formam unice veram *κατηράχθη*, in qua acquierunt editores omnes, Laur. solus exhibet; cf. ind. discrepp.

7, 2 in Vatic. est *πεζὴν*, sicut 16, 1, sed utroque loco Laur. *πεζικὴν* praebet, quae forma VI, 33, 2 in omnibus libris praeter unum deterrimum extat; comprobatur etiam testimonio Thomae Magistri (p. 309 R.), qui eam magis poeticam appellat, neque cum tot tamque perspicua codicum vestigia extent quicquam valet, quod hic grammaticus multo posterior antiquioribus codd. Thucydideis fuit (Stahl.). Cf. Aeschin. III, 85: *καὶ ναυσὶ καὶ πεζικῇ δυνάμει*, 96: *καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν δύναμιν*. Formam insolitam *πεζικὸς* cum usitatiore *πεζὸς* facile permutari potuisse quivis, opinor, concedet; nec tamen correcturae suspicio abest. — In § 3 Vatic. solus ante *Λακεδαίμονα* artic. *τὴν* inutiliter addit. — Infra codd. scripturam: *τρόπῳ ᾧ ἂν ἐν ὁλκάσιν ἢ πλοίοις ἢ ἄλλως ὅπως ἂν προχωρῇ* defendi non posse videns verba *ἐν ὁλκάσιν — ὅπως ἂν* delenda esse Schaeferus (ad Demosth. I, p. 815) censebat, quem secuti sunt plerique editores; Classenius nullo simili loco adlato *ὅπως ἂν* idem atque *ὁπωσοῦν* valere voluit, quod adverbium Thucydidem scripsisse potius suspicor; similem

quidem sermonis prolixitatem VIII, 90, 2 invenias, quem locum Herwerd. integrum reliquisse miror.

8, 1 Laur. veram scripturam *ἀγγέλλων,* quae in Vatic. *γρ.* extat, leviter corruptam *(ἄγγελλον)* praebet; contextus Vatic. *ἀγγέλλοντας* exhibet. — In § 2 Classenius e Vatic. *κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν* scripsit; sed usus Thucydideus, quo genetivo inter praepositionem et substantivum posito articulus substantivi omittitur, exemplis ab ipso ad VI, 88, 4 collatis satis probatur. Pro *γνώμης* fortasse melius *μνήμης* praebet Vatic., quanquam mihi ne *γνώμης ἐλλιπεῖς* quidem *(intellegentia deficiente)* ineptum esse videtur. Ceterum aoristus *ἀπαγγείλωσιν* (Laur.) de hac una legatione positus magis quam *ἀπαγγέλλωσιν* (Vatic.) placet, sicut infra fortasse *βουλεύσασθαι* (Vatic.) magis quam *βουλεύεσθαι* (Laur.), cf. 11, 1; 15, 1. Formam *αὐτοῦ,* quam consensus codd. optimorum praebet, pro *αὑτοῦ* recipiendam esse puto. Articulum *τοὺς (Ἀθηναίους)* vix recte omittit Vatic. — In fine capitis adverbium *μᾶλλον,* quod codd. praeter Vatic. omittunt, comprobatur imitatione Dionis Cassii (XLVII, 36, 2): *ἀλλ' αὐτοί τε διὰ φυλακῆς μᾶλλον ἢ διὰ κινδύνων τὸ στρατόπεδον ἐποιοῦντο,* quanquam hic ipse locus impellit ut Thucydidem pro partic. *ἔχων* comparativum adverbii alicuius, ut v. c. *πλέον,* posuisse suspicemur. Ceterum etiam Laur. *ἢ δι'* exhibet, quod manus sec. in *ἤδη* correxit.

9 extr. post verba *καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα* et Laur. et Vatic. pronomen *τοῦτο* addunt, quod cum in ceteris similibus locis [collectis addantur III, 86; 102, 7] non positum sit hic quoque repudiavit Stahlius; sed videndum est, ne in tam pusillis rebus similitudini nimium tribuatur.

10 pro *ἠρώτα* Vatic. *ἐπηρώτα* exhibet, quam scripturam, si ceteris codd. praeberetur, haud dubie praeferrem; nunc an praepositio correctori tribuenda sit dubito. Sed certe post litt. *ΣΤΙ* litt. *ΕΠ* facile excidere potuerunt. In seqq. glossema *τῆς πόλεως,* quod articulo addito cum verbis *ὁ γραμματεὺς* artius iungit Vatic., recte expunxit Herw.

11, 1 adiectivum *πολλαῖς,* quod in Vatic. post *ἄλλαις* intercidit (cf. ad 85, 4; VIII, 53, 2), recte verbis c. 8, 1 *πολλάκις — καὶ ἄλλοτε* collatis defendit Stahlius. — In § 2 neque verbis *νῦν* et *τε,* quae in Laur. desunt, libenter caremus, neque e Vatic. solo praepositionem *ἀπὸ (τῶν ἐν Σ. πόλεων),* quam addere vix cui-

quam in mentem venire poterat, expungere debuit Herwerd., cf. I, 35, 3; IV, 61, 7; VII, 33, 3 (Stahl.). — In § 3 Vatic. articulum *τὸ* ante verbum *πλῆθος* addit, et ponitur ille quidem in loco haud dissimili II, 89, 1 (Stahl.); sed cf. I, 110, 2 (1) et Krueg. ad h. l. Paullo infra Laur. solus, quantum scio, scripturam *χρήσασθαι* praebet; in Vatic. quidem est *χρήσεσθαι*. Idem cod. ex interpretatione *μὴ δυνατὸν εἶναι* exhibet.

12, 1. *τὰς μὲν καὶ — ἀπὸ δὲ τῶν ἔτι καὶ στρατιὰν πεζὴν καὶ ναυτικοῦ παρασκευὴν — ἄξων*] in Vatic. scribitur *καὶ στρατιὰν ἔτι πεζὴν*, quam scripturam recepit Stahlius, ut inter se particc. *(μὲν) καὶ* et *(δὲ) καὶ* referrentur, quod in plurimis locis Xenophonteis fit (cf. I, 58, 1; V, 65, 3; VIII, 47, 2). Sed nostro loco in altero membro *ἔτι* pro *καὶ* positum esse videtur (cf. VIII, 109), ut *καὶ (στρ. πεζ.)* et *καὶ (ναυτ. παρ.)* inter se respondeant, cf. 7, 2. — In § 2 Vatic. *τε* omittit, sed cf. 37, 1 (Stahl.). — § 4 in Laur. est *ἀντιπάλους καὶ τῷ πλήθει καὶ ἔτι* (corruptum in *ὅτι*) *πλείους*, quae verba optimam sententiam praebent: *viribus pares et numero quidem plures etiam* (cf. IV, 56, 1); scriptura Vatic.: *ἀ. τῷ τε πλήθει κτλ.* correctura orta esse videtur, cum significatio particularum *καὶ* parum intellecta esset. — In § 5 Vatic. (cum Aug.) recte *ἀναπειρώμεναι*, male *ἐκείνους* et *καὶ τὸ ξηρᾶναι* (in γρ. verum *καὶ ἀποξηρᾶναι*) praebet; in eodem pro *ἐξουσία*, quod rectene e cod. M. solo secluserit Stahlius valde dubito (cfr. Antiph. I. 6), est *ἐξουσίᾳ*.

13, 2 Laur. *διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν μακρὰν καὶ ὑδρείαν (ὑδρίαν)* praebet, quocum consentit schol.: *διὰ τὸ ἐπὶ πολλοῦ διαστήματος ἐφ' ἁρπαγὴν ἐξιέναι;* in Vatic. *μακρὰν* post *ὑδρείαν* ponitur, cf. 4, 6; fortasse tamen, cum adiectivum a vocabulo *φρυγανισμὸν* separari vix liceat, scriptura Laur. praestat. *Μακρὰν* cum verbo *ἀπολλυμένων* ut vim adverbii *procul* habeat iungit Class., quod certe fieri non potest; nam longe aliter se habent loci III, 13, 5 et 55, 1, ubi *μακρὰν* cum verbis per se ipsis significatione *abesse* praeditis coniunctum est. — Infra edd. e Vatic. *αὐτοὶ ἐμπορευόμενοι* scripserunt; mihi quidem magis placet scriptura Laur. *αὐτοῦ*, cum *αὐτοὶ* propter *ὑπὲρ σφῶν* quod sequitur supervacaneum sit.[1]

---

[1] Paulo supra pro *τε δὴ* fort. *τ' ἤδη* scribendum est, cum *ἐπειδὴ* praecesserit.

14, 3 in Vatic. scribitur *τὰ τρέφοντα χωρία ἡμᾶς,* quae collocatio vix defendi potest. Paullo infra bonorum codd. solus Vatic. *διαπεπολεμήσεται* praebet; in ceteris est *διαπολεμήσεται,* quod et per se ipsum bonum est, quia aliquantum temporis post defectionem urbium Italicarum usque ad finem belli intercedere necesse erat, et testimonio scholiastae (cfr. adnot. crit. Stahlii) comprobatur. Sed eadem discrepantia codd. c. 25, 9 redit, ubi scriptura Vatic. praestat; fortasse igitur etiam h. l. praeferenda est. — In § 4 Laur. cum cett. *σαφῶς ὑμᾶς εἰδότας* exhibet, sed pronomen in Vatic. omittitur et ex interpretatione ortum esse videtur.

15, 1 in Laur. est *ἐπειδὴ δὲ ἡ Σικελία τε ἅπασα κτλ.,* cf. I, 143, 4; VI, 8, 4; in Vatic. post *-δὴ* verba *δὲ ἡ* (*δ' ἡ* ?) desunt. Paullum tamen offendit collocatio partic. *τε,* ut fortasse articulus omittendus sit. — Paullo infra in Laur. et cett. *αὐτοῖς βουλεύεσθαι* (i. e. *-εσθε*), in Vatic. *αὐτοὶ βουλεύσασθε* scribitur, quorum neutrum verum duco; neque enim sunt quibus Athenienses *ipsi* apte opponantur nec praesens imperativi de hac una deliberatione (c. 14, 4: *βουλεύσασθαι* recte conferri iubet Stahl.) positum placet. Scribendum puto: *αὐτοῖς, βουλεύσασθε*; *αὐτοῖς* de adversariis dictum esse corrector Vatic. parum intellexisse videtur. — Scripturam Laur. *ἐμοὶ δὲ* (Vatic. *ἐμοί τε*) cum Stahlio praefero.

16, 1 pro *ἐψηφίσαντο* Vatic. praebet *ἐπεψηφίσαντο,* sed praepositio haud dubie correctori tribuenda est; neque enim post *ἄλλην* requiritur et aptius esset *ἐπιπέμπειν* (cf. 15, 1), ut docet Stahlius. Accedit quod neque Thucydides neque alius quisquam scriptor hoc verbum hac significatione posuit. — Post *πέμπειν* in Vatic. *καὶ* omittitur, sed cfr. 7, 2; 15, 2; VI, 33, 2; de *πεζικὴν* v. ad 7, 2.

17, 3 recte edd. e Vatic. *αὐτοῖς οἱ πρέσβεις* (Laur. et cett. *οἵ τε πρ. αὐτοῖς*) scripserunt, nec infra *ἐν τῇ Σικελίᾳ* (Vatic. *ἐς τὴν Σικελίαν*; cf. contrarium mendum VIII, 95, 3) defendi potest.

18, 1 in Laur. *τῶν Συρακοσίων καὶ τῶν Κορινθίων* scribitur; sed cf. 7, 3. Paullo infra praesens infin. *ἀνιέναι* in universum dictum scripturae Vatic. *ἀνεῖναι* praeferendum est. — In § 2 extr. valde dubito, an optativum *γένοιτο* iterativum non recte appellaverint Krueg. et Class.; mihi quidem potius e Madv. synt. § 132, d (cf. § 134 a, adn.) explicandus esse videtur.

In Vatic. est *ἐγεγένοιτο,* quod e correctura *ἐγεγένητο* fortasse corruptum vel ex ea et *γένοιτο* conflatum est. — In § 3 verba *ἐξ Ἄργους,* quae Vatic. solus addit, ideo suspecta sunt, quod Athenienses ex Argo profectos esse VI, 105, 2, ubi res gesta narratur, non commemoratum est; nec quicquam impedit, quin *ταῖς τριάκοντα ναυσὶν* cum partic. *ὁρμώμενοι* iungamus (cf. c. 2, 1: *μιᾷ νηὶ τελευταῖος ὁρμηθείς;* IV, 125, 1), ut participium minime ineptum fiat. — In Laur. et cett. bis (§ 2 post *ὅτι,* § 3 ante *τι*) partic. *τε* excidit. — Formam *ἐλῃστεύοντο* recte, opinor, passivam ad Lacedaemonios rettulit Arnoldius, cf. IV, 2, 3; in Vatic. scribitur *ἐλῄστευον,* quod correcturae mutationis subiecti (qua de re cf. Krueg. gramm. § 51, 5, adn. 3) vitandae causa factae fortasse tribuendum est, cf. adn. ad 1, 2 *(ἐποιοῦντο).* Ceterum Vatic. *κατὰ σπονδὰς* artic. omisso exhibet, quod de pace Niciae minus convenit. Eiusdem scriptura *διαφορὰ* vix aliud quam error librarii est; *διάφορα* enim idem atque *τὰ ἀμφισβητούμενα* ipsa significaret. — In fine capitis verbum *ἐτελεύτα* ante *τῷ πολέμῳ* in Vatic. ponitur; at cfr. loci quos ad III, 25, 2 Stahlius collegit, quibus addantur III, 88, 4 (Laur.); 116, 3.

19, 1 partic. *δὴ* ad vim superlativi intendendam aptissima in Vatic. deest; idem artic. *οἱ* ante *Λακεδαιμόνιοι* omittit, quo facile caremus, cf. tamen adnot. crit. Stahlii. — § 2 molestissimam abundantiam verborum *παραπλήσιον δὲ καὶ οὐ πολλῷ πλέον* frustra locis I, 140, 1; 22, 4; III, 17, 1 haud valde similibus defendebat Classenius; sed voculam *καὶ* Vatic. solus addit, ut verba *οὐ πολλῷ πλέον* glossema verbi *παραπλήσιον* esse appareat. Utrum *ἐπὶ τῆς Βοιωτίας (ad Boeotiam versus)* retineri liceat an e pessimis codd., quibuscum coniectura, opinor, consentiens vertit Valla, *ἀπὸ* scribendum sit, vix pro certo dicere ausim; similem quidem errorem IV, 54, 1 deprehendisse videtur Stahlius. — § 3 in Vatic. est *ἀπέστειλλον,* et placeret certe magis *ἀπέστειλαν* (cf. § 4); sed fortasse *ἐτείχιζον* in causa fuit cur imperfectum poneretur. — Ante *νεοδαμώδων* Stahlius in ed. altera artic. *τῶν* secludit, quia in plurimis libris desit; sed et in Laur. et in Vatic. extat, et mentionem eorum iam V, 34, 1 fecit Thucydides, cf. VIII, 5, 1. In versiculo proximo rectene e Vatic. solo praepositio *ἐς* addatur dubito, cum numeri ceterorum auxiliorum accurate definiti sint; Diodorus quidem (XIII, 8, 3) non addit. — In § 4 ante *Ταινάρου* articulum omittit

Laur., cf. VIII, 91, 2. Pro *ἐξ (αὐτῆς Κορίνθου)* Vatic. *ἀπ'* praebet, sed cf. 50, 1; VIII, 53, 1 (Stahl.). — § 5 Vatic. *αὐτοῖς οὗτοι (οἱ ὁπλῖται),* reliquorum plurimi et optimi *οὗτοι* solum, pauci deteriores *αὐτοῖς* solum praebent; sed pronomen *οὗτοι,* cum milites gravis armaturae paucis versibus supra commemorati sint, plane supervacaneum est, ut scriptura deteriorum codd. recipienda esse videatur. Infra Vatic. recte *τὸ πρῶτον (ab initio)* exhibet, quae scriptura in loco simillimo I, 59, 2 e Laur. restituenda est.

20, 1 ante *Δεκελείας* Laur. articulum omittit, qui etiam 19, 1 *(Δεκέλειαν ἐτείχιζον)* non positus est. In versu qui sequitur Vatic. fortasse recte partic. *τε,* cui in § 2 primum *καὶ* respondere potest, praebet. — § 2 extr. in Vatic. minus bene *ξυστρατεύσασθαι* scribitur, in Laur. *ξυστρατεύεσθαι*; eadem discrepantia codd. 8, 2; 15, 1 est. — In § 3 uterque *προσπλεύσας* exhibet, quod recipiendum est.

21, 3 in Vatic. est *ξυναναπείθει* (non *ξυνανεπείθει,* ut indicat Stahl.), in Laur. *ξυνανέπειθεν;* illa scriptura, cum hoc loco praesens historicum nimis solitarium sit, ex hac corrupta esse videtur, nisi forte correctio facta est, cf. VIII, 97, 3.[1] — Particulam *ἀλλ'* omittit Vatic., sed lacuna quattuor fere litterarum est, ubi ea scripta fuisse videtur, nec satis causae est, cur eam reiciamus. Artic. *τῶν* om. Vatic. — Paullo infra pronomen *αὐτοῖς,* quod expungit Stahlius; ita retineri posse videtur, ut verba *πρὸς ἄνδρας τολμηροὺς* ad *ἀντιτολμῶντας* referantur, quod commendavit Krueg., vel potius in universum praeposita esse putentur (*si cum hominibus audacibus res esset* etc.). Cf. Cic. de off. I, 99: «adhibenda est — reverentia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum.» Ceterum in Vatic. dittographia quadam, opinor, *ἂν αὐτοῖς* scriptum est. — § 4

[1] In tradita codicum scriptura *ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους* duae res offendunt, unum quod *ἀθυμεῖν* cum *futur.* infin. coniunctum est, alterum quod apud verbum *ἐπιχειρεῖν* praepos. *πρὸς* posita est; quas difficultates Stahlius ita sustulit, ut *ἐπιχειρήσειν* tamquam ex *ἐπιχειρῆσαι* vel *ἐπιχείρησιν* interpretandi causa adscripto ortum deleret. Sed displicet sic dativus *ταῖς ναυσὶ,* qui durissime cum vb. *ἀθυμεῖν* iungatur. Itaque ex uno deterrimo cod., in quem correctura fortasse illata est, scripturam *ἐπιχειρῆσαι* recipere malim, ut verba *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους* toti locutioni *ἀθυμεῖν ἐπιχειρῆσαι* applicentur; de *πρὸς* praep. cf. II, 88, 3.

Laur. non minus bene *περιεσομένους* (cf. VI, 22) quam Vatic. *περιγενησομένους* praebet; hic fortasse rectius *πλέον τι* exhibet, quanquam nusquam alibi, ubi part. *ἢ* sequitur, *πλέον τι* pro *μᾶλλον* positum est (cfr. II, 11, 8; V, 109). Verbum *ἐκέλευεν*, quo cum *ἔφη* non longe absit facillime caremus (cf. VIII, 93, 2), in Laur. solo omittitur et pro spurio habendum est. Idem in § 5 ante *Ἑρμοκράτους* artic. *τοῦ* addit, qui melius fortasse abest; cf. ad 75, 1.

22, 2 in Vatic. *ἔκπλουν* scribitur, quod cum iis quae narrata sunt minime convenit; cett. *ἔσπλουν*.

23, 1 in Vatic. est *προσεσχόντων*, in qua scriptura vix *προσσχόντων* latet. — § 2 Laur. *ἐξεκομίζοντο ἐς τὸ στρατόπεδον* praebet, quae verborum collocatio sitne deterior dubito.[1]

24, 2 rectissime imitatione Flav. Ios. (Antiqq. XVIII, 9, 1) nisus Stahlius *ὥσπερ (γὰρ ταμιείῳ κτλ.)* restituit, quod in plerisque codd. in *ὥστε* corruptum est (contrarium mendum VIII, 63, 3 Vatic. inest); in Vatic. correctura aperta *ἅτε* scribitur. Ante *τριηράρχων* Vatic. fortasse recte artic. *τῶν* addit. — § 3 Stahlius e Vatic. solo *μέγιστόν τε* dedit; at c. 44, 6 in simillima oratione uterque *δὲ* exhibet. Ante *τῶν Ἀθηναίων* Vatic. cum M. artic. *τὸ* omisit; sed cf. VIII, 50, 5. Ne articulo *οἱ* quidem ante *ἔσπλοι* posito, qui in Vatic. omittitur, libenter caremus, cum hae advectiones antea commemoratae sint (cf. 13, 1).

25, 1 Stahlius e Vatic. *ὅπως* edidit, sed in cett. scribitur *οἵπερ*, nec dubitari potest quin sententia relativa ad ea quae praecedunt *(πρέσβεις ἄγουσα)* aptior quam finalis sit. Sed relativo non conveniunt coniunctivi *φράσωσιν* et *ἐποτρύνωσι*, pro quibus *φράσουσιν* et *ἐποτρυνοῦσιν* rescribenda esse vidit Dobreeus; in quam quidem partem etiam vestigia codicum quaedam ducunt, cum in Laur. *φράσωσιν* in *φράσουσιν* correctum esse videatur et *ἐποτρύνωσι* in rasura scriptum sit; accedit, quod in Aug. et Mon. corr. *φράσουσι* extat. Particulam *-περ*, quam aptam esse negat Stahlius, relativo ideo additam esse puto, quia legati proprie id agebant, ut auxilia pararent. — Part. *τε* ante *σφέτερα* servavit Vatic., qui idem rectiusne

[1] In sententia illa: *ὅσοι καὶ . . . κατέφυγον* notandus est usus partic. *καί*, qua fugam re vera effectam esse significatur; vertatur: *quibus contigit, ut — fugerent —*. Cfr. Herod. VIII, 4 in. *(οἱ καὶ ἐπ' Ἀ. Ἐ. ἀπικόμενοι)*.

collocationem χρημάτων γέμοντα praebeat dubito. — In § 4 Vatic. ἔπλεον exhibet; in γρ. est παρενέπλεον, quod ex vera scriptura παρέπλεον corruptum esse videtur. Infra etiam in Laur. est ἐδυνήθησαν (non ἠδ.). — § 5 Vatic. pessime σταυρωμάτων praebet; sequitur enim: οὓς κτλ. — In § 9 particulam αὖ, quam et Laur. et Vatic. omittunt, recte secludunt editores. In fine capitis in Vatic. διαπεπολεμησόμενον scribitur, cf. adn. ad 14, 3.

26, 2 partic. ἅμα Vatic. solus recte praebere videtur; cf. tamen ad VIII, 43, 2. — In § 3 pro vulgato ἐπέπλει in Vatic. est ἐπιπαρέπλει, quod e correctura (παρ / ἐπέπλει) ortum esse veri simile est; nam παρέπλει haud dubie Thucydides scripsit. Pro ἐκεῖθεν Vatic. ἐκεῖ exhibet; sed cf. v. c. I, 62, 4. — Post περιμείνας recte Vatic. ἕως (cett. ὡς) servavit.

27, 1 artic. τῶν ante Θρακῶν omittit Vatic., cf. I, 5, 3, Herod. I, 28, sed etiam Aeschin. III, 123. Pro ἐν τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ Vatic. τοῦ αὐτοῦ θέρους τούτου praebet (in γρ. est ἐν τῷ κτλ.); sed cf. § 3 et V, 39, 1. — In § 2 collocationi τῆς ἡμέρας ἕκαστος ἐλ. singularis ἐλάμβανεν, quem praebent Laur. et Vatic. γρ., melius, opinor, convenit quam pluralis ἐλάμβανον, qui in Vatic. collocatione mutata (δρ. γὰρ ἕκαστος ἡμέρας ἐλ.) scribitur.[1] — In § 5 valde dubito rectene ex auctoritate Vaticani ante verba πολὺ μέρος artic. τὸ Stahlius reliquerit, quod «plurimi servi iique fabri in officinis opus facerent». Viginti enim milia (πλέον ἢ δύο μυριάδες) satis exigua pars totius servorum numeri (cf. Boeckhii Oecon. civ. Athen. I p. 32 seqq.) erat, qua re plane incertum fit, num transfugientium plures e numero horum ipsorum fuerint. — Melius, opinor, in ed. ster. Stahlius ἀπολώλει quam in ed. alt. ἀπωλώλει scripsit; neque enim ita se res habet, ut augmentum plusquamperfecti verbi ὀλλύναι ubique boni libri servaverint (v. Stahlii quaestt. gr.$_2$ p. 59). Loci sunt IV, 133, 1; VII, 27, 5; VIII, 96, 2, quibus omnibus in Laur. (in ἀπωλ. corr. man. sec.) et Pal. deest; in Vatic. duobus, in Italo solo, cuius haud ita gravis est auctoritas, omnibus locis additur. Nullum adhuc lapidum testimonium in

[1] In § 3 in Vatic. quoque est ἐπιούσαις, non ἐπιουσῶν, id quod compendio parum intellecto indicavit Bekkerus.

hac re extat. — Ὑποζύγια hic melius quam ζεύγη (Vatic.) convenire recte contra Class. demonstravit Stahlius; collocatio Vaticani ἀπωλώλει πάντα satis insolita, sed fortasse aptior est.

28, 1 de *θάσσων* adiectivo cf. adn. ad IV, 10, 2. — § 2 in Vatic. *(ἐφ' ὅπλοις) που,* in Laur. *πλοιούμενοι* lit. *λ* erasa, in cett. (etiam Vatic. *γρ.*) *ποιούμενοι* est. Vix intellegitur, quomodo hae scripturae in adv. *που* transire potuerint, quod pro verbo *ποιούμενοι,* cuius, cum e partic. *φυλάσσοντες* subst. *φυλακὴν* audiri (Bauer.) aut *τὴν νύκτα* cum *ποιούμενοι* iungi (Abresch.) vix possit, nullus sanus sensus est, correctura substitutum esse veri multo similius est; de stationibus diversis in urbe locis collocatis dictum esse putant Class. et Stahl., quod propter verba *πρὸς τῇ ἐπάλξει,* quae huc quoque pertinere verborum collocatio ostendit, vix fieri potest. Ceterum quod verbum in illis scripturis lateat, praesertim cum incertum sit, utrum *λ* lit. in Laur. genuina an e syllaba praecedenti *-πλοις* dittographia illata sit, non expedio; Kruegerus coniecit *πονούμενοι,* Rauchensteinius *πολούμενοι,* quorum hoc si usitatius esset verbum (cfr. lexx.) magis placeret. — In § 3 Vatic. solus *τῆς Ἀθηναίων,* cett. *τῶν Ἀθην.* praebent; *τῆς τῶν Ἀθην.* fuisse suspicor. — § 4 Vatic. fortasse recte *τε* partic. ante *τῆς Δεκελείας* praebet, quanquam si abest non desideratur; paullo infra in eundem e scholio *κατὰ* pro *ὑπὸ (τοῦτον τὸν χρόνον)* irrepsit.

29, 1 in Vatic. *δύνηται,* in Laur. *δύνωνται* scribitur, quae formae cum difficulter inter se permutari possent, una ex altera correctura orta esse videtur. Sed nihil causae erat, cur singularis *δύνηται* qui bene ad Diitrephem referretur in pluralem mutaretur; scr. *δύνωνται* igitur pro genuina habenda est. Pluralis universe de praefectis Atheniensibus qui Thraces ducebant positus est, quod non intellexit corrector. Cf. V, 4, 5: *οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Φαίακα πέμπουσιν, εἴ πως πείσαντες κτλ.* — § 2 Vatic. rectius *ἔς τε τὴν Ταν.* praebet; quod in eodem *διαπλεύσας* scriptum est (in *γρ.* est *διέπλευσε,* ut in cett.), correcturam subesse suspicor. — In § 3 Laur. (et Vatic. *γρ.*) *ηὐλίζετο,* Vatic. *ηὐλίσατο* praebet; hoc collato IV, 45, 1 recepit Stahlius, sed imperf. non minus convenit, cf. *ἦγεν* et *προσέκειτο.* De *λαθὼν* cum imperf. coniuncto cf. V, 58, 2. Post *οὔσῃ* Vatic. solus *οὐ* servavit. — Recte in ed. alt. Stahlius scripturam Laurentiani *τινα — ἐπαναβάντα* (Vatic. *τινας — ἐπαναβάντας*) restituit, quod exempla pluralis *τινὲς*

cum negatione coniuncti desiderarentur; cfr. Krueg. ad II, 37, 1. — § 4 extr. perperam verba τὸ τῶν Θρᾳκῶν vulgo expunguntur, quibus omissis τὸ γένος nimis nudum positum esset. In Vatic. omittitur artic. τὸ, sed cf. ad c. 24, 3. — § 5 pro exquisitiore collocatione ἔτυχον οἱ παῖδες ἐσεληλυθότες Vatic. ἔ. ἐσελ. οἱ π.; neque magis placet τῇ πάσῃ πόλει (cf. VIII, 93, 3).

30, 2 pro verbis τὰ ἐν τῇ γῇ in Vatic. interpretamentum τὴν φυγὴν, quod in cod. quodam (Lugd.) vulgatae partic. δὴ addita superscriptum est, scribitur. In Laur. post προεκθέοντες, in Vatic. post ἱππέας (§ 3) partic. τε intercidit.[1]

31, 1 pro ἐκ (τῆς Κερκύρας) recte Vatic. ἐπὶ exhibet. In eodem solo post verbum Ἠλείων participium εὑρών scriptum est, quod quanquam post -είων in cett. intercidere satis facile potuit, ad abundantiam ὁλκάδα — αὐτὴν κτλ. (de qua cf. II, 62, 1; VI, 82, 2) leniendam additum esse haud dubie existimandum est. — In § 2 Vatic. non melius ἔς τε Ζάκυνθον praebet. — In § 3 ante verbum ἑαλωκός in Vatic. solo ἤδη scribitur, quod inutiliter et moleste (praecedit enim ἤδη ὤν) additum est, cf. adn. ad 4, 4. — § 4 extr. Vatic. recte δεούσας εἴκοσι τὰς κτλ. praebet, sed pro οὔσας scribitur εἶναι, superscriptis verbis: τοῦτο κρεῖττον καὶ σαφές, quod iudicium sequi vix licet. — In § 5 partic. τε, quam post πεντεκαίδεκα exhibent Laur. et Vatic. γρ., quanquam insolita est collocatio, ad membra iungenda aptior est quam ut reiciatur; cf. Stahl. ad I, 16.[2]

32. 1 pro προπυθόμενος in Vatic. scribitur πυθόμενος, sed cf. IV, 42, 3. Pronomine σφίσι, quod idem solus addit, facile caremus, cf. 14, 2. Pro indicativis διαφρήσουσι et κωλύσουσι coniunctivi -ωσι rescribendi sunt, qui in Laur. extant; Vatic. -ουσι, -ωσι praebet. Cf. Stahl. qu. gr. p. 26. — § 2 Laur. (et Vatic. γρ.) ἐνέδραν τινὰ ποιησάμενοι, Vatic. ἐ. τριχῇ ποιησάμενοι praebet. Illa scriptura haud dubie praeferenda est (cf. III, 90, 2), quanquam origo alterius ad explicandum difficilior est; corrector fortasse, cum τινὰ intercidisset, aliquid desiderans τριχῇ addidit.

---

[1] Pessime hic quoque Herwerd. et Stahlius verba τῶν Θρᾳκῶν expunxerunt, quae cum ab numero πεντήκοντα καὶ διακόσιοι cui οἱ ξύμπαντες appositum est pendeant, nominativo casu minime ponenda erant, cf. VIII, 21; nam loci quos Stahl. affert (IV, 39, 1; V, 26, 1; VIII, 7) prorsus dissimiles sunt.

[2] Ceterum verba ἀφ᾽ ὧν αὐτοὶ εἶχον ad dativum σφίσι explicandum addita esse videntur.

33, 2 in Vatic. scribitur *ἅπασα ἡ Σικελία,* cf. 15, 1; VI, 8, 4, sed etiam VII, 85, 3.[1] — In § 3 Vatic. (non Laur.) perperam *ἐπέσχοντο* exhibet; idem infra recte partic. *τε* ante verba *τῆς Κερκύρας* praebere videtur, cf. tamen 11, 2, ubi idem solus hanc partic. addit. — § 4 Laur. *παρέσχετο αὐτοῖς* exhibet, quod recipiendum esse censeo, cf. II, 9, 3 et 5; 12, 5; 98, 4; VI, 83 etc. — § 5 in Vatic. *ἀναλαβόντες αὐτὰς* scriptum est, quod correctura, cum pronomen neutr. *ταῦτα* et *ἀκοντιστὰς* et *τριήρεις* complecti non intellectum esset, ortum esse apparet.

34, 1 in Laur. post *Πελοποννήσιοι* prorsus inepte *καὶ οἱ περὶ κτλ.* scribitur; in versu proximo Vatic. *οἱ περὶ* (per compendium $\overset{\varepsilon}{\pi}$ scriptum) *τῶν ὁλκάδων* praebet. [Gertzius c. 31, 4 coll. *αἵπερ* conicit.] — § 2 non solum in cod. H. *γρ.* (m. sec.), sed etiam in Vatic. est *ἐν ᾧ,* ut infra § 8, sed cf. VIII, 91, 2. Singularem *προσβεβοηθηκὼς* (cett. et Vatic. *γρ. -κότες*) in Vatic. propter *παρετέτακτο* quod sequitur correctura illatum esse, certum habeo, cf. V, 10, 10: *τὸ στράτευμα ... φυγὸν ... καὶ τραπόμενοι,* VII, 79, 4; pluralis etiam VI, 69, 3 defenditur, si quidem ibi scriptura sana est. Correcturae vel interpretationi formam *προανεχούσαις,* quam Vatic. et in *γρ.* (m. sec.) cod. H. praebent, etiam Stahlius tribuit, cuius adnot. cfr. — In § 5 pro *αὐτὸ τοῦτο* Vatic. *αὐτῷ τούτῳ* exhibet, sed cf. 36, 1; I, 59 et adn. ad IV, 3, 2. — § 6 extr. in Laur. *ναυμαχοῦντες καὶ διεσώζοντο,* in Vatic. *ναυμ. ῥαδίως διεσ.* est, quam discrepantiam *ῥᾷον* scriptum fuisse coniciens tollebat Bekkerus; equidem pro partic. *καὶ,* quae sane ad intellegendum subdifficilis est (sed cf. adn. mea ad c. 23, 2), adv. *ῥαδίως* correctura positum esse potius putaverim. — § 7 Laur. *νομίσαντες δι' αὐτὸ,* Vatic. *νομ. αὐτὸ* (in litura) praebent;

[1] Paullo infra notabilis est usus epanalepticus particulae *δὲ,* cf. VIII, 70, 1 (Krueg.) Huius loci simillimus est locus nobilissimae inscriptionis de foedere quod cum Chalcidensibus a. 445 a. Chr. n. Athenienses icerunt (C. I. A. IV, 1, 27 a vv. 52 sqq.): *τοὺς δὲ ξένους τοὺς ἐν Χαλκίδι, ὅσοι οἰκοῦντες μὴ τελοῦσιν Ἀθήναζε καὶ εἴ τῳ δέδοται ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων ἀτέλεια, τοὺς δὲ ἄλλους τελεῖν ἐς Χαλκίδα καθάπερ οἱ ἄλλοι Χαλκιδεῖς —; ὅσοι μὴ* enim idem atque *πλὴν ὅσοι* valet, cf. Thucyd. VII, 71, 6; 85, 2, qua re fit, ut negatio etiam ad verba *εἴ τῳ δέδοται* pertineat. Inutiliter igitur Kirchhoffius, quem honoris causa nomino, pro *μὴ (με) μὲν* coniecisse et post vocab. *ἀτέλεια* verba *ἀτελεῖς εἶναι* ab lapicida praetermissa suspicatus esse videtur. Sententiam eandem manere apparet.

ex hac scriptura edd. recentiores *αὐτοὶ* effecerunt. Sed pron. *αὐτοὶ* hic ad vbb. *οὐχ ἡσσᾶσθαι* relatum abundat; contra verbis *δι' αὐτὸ . . . δι' ὅπερ* optime «*ἡ αὐτότης*» earum rerum, quas in diversissimas partes interpretabantur pugnantes, significatur, quam ipsam ob rem *δι'αὐτὸ* pro usitato *διὰ τοῦτο* (vel *διὰ ταὐτὸ*), quod requirit Stahlius, positum esse videtur. Infra partic. *καὶ,* quam Vatic. solus ante *πολὺ* (in *πολλοὶ* corruptum, an correctum?) *ἐκρατοῦντο* addit, hoc facilius, opinor, caremus, quod sententia negativa est; cf. tamen ad 41, 4. — In eodem infra *ὅτι οὐ (πολὺ ἐνίκων)* pro *εἰ μή,* quod in ceteris codd. scribitur, ad sermonem variandum (cf. adn. ad 6, 1) positum esse videtur; minime quidem repetitio particularum displicet. In fine capitis Vatic. *ἐτελευτήθη* (in *γρ. ἐτελεύτα*) praebet, quod ab consuetudine loquendi Thucydidea abhorret.

35, 1 pro *Θουριάδος* Vatic. exhibet *Θουριδάτιδος,* quod ex *Θουριάτιδος* corruptum esse videtur, cf. nomen gentis *Θουριᾶται;* sed *Θουριὰς* auctoritate Stephani Byzantini firmatur.

36, 2 partic. *τε,* quae per synchysin posita est (cf. 31, 5), omittit Vatic., qui idem minus bene *εἶδον* pro *ἐνεῖδον* praebet. Infra in Laur. est *ἐπισκευασμένοι,* unde *ἐπεσκευασμένοι* effecit manus sec., quae in *γρ.* scripturam Vatic. *ἐπισκευασάμενοι* addidit. Utraque satis convenit. — § 3 extr. *ἀντίπρῳροι,* quod codd. praebetur, in *ἀντιπρῴροις* correxit Reiskius, cui plerique edd. assensi sunt; mihi quidem magis placet lenior Popponis emendatio, qua supra *(διὰ τὸ μὴ) ἀντιπρῴρους* scribitur. Nihil enim certe ad illam comprobandam valet locus 40, 5: *ταῖς ναυσὶν ἀντιπρῴροις χρώμενοι,* ubi de navibus, non de incursionibus agitur, et infra (§ 5) ad codicum scripturam *(τὸ ἀντίπρῳρον ξυγκρούσει* Laur., *τὸ ἀ. ξυγκροῦσαι* Vatic., *τὸν ἀ. συγκρούσει* Vat. *γρ.)* propius quam *ἀντιπρῴρῳ ξυγκρούσει,* quod Stahlius recepit, accedit *τῷ ἀντίπρῳρον ξυγκροῦσαι* (Class.) vel *τῷ ἀντίπρῳροι ξ.* (Krueg.), in quibus locutionibus adiectivum ad homines ipsos relatum est. Scriptura *παρέχοντες* possitne defendi dubito, sed e scriptura Vaticani *παίοντες* vix oriri potuit, ut haec correctori potius tribuenda sit. Fortasse *προσέχοντες* (*intendentes*, sc. *τὰς ἐμβολὰς*) scriptum fuit. — § 5 Vatic. perperam *μάλιστα αὐτοῖς χρήσεσθαι,* in *γρ. μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσεσθαι* praebet. Verba *πλεῖστον γὰρ ἐν αὐτῷ σχήσειν* fortasse verti licet: *summam utilitatem in ea re habituros esse,* cf. Xen. Anab. III, 2, 17: *τοῦτο μεῖον ἔχειν*;

Stahlius interpretatione Vallae: *se maxime superiores fore* collata *περιοχήσειν* scripsit, sed is magis e parum accurata loci intellegentia quam ex codicis alicuius scriptura vertisse videtur. [Gertzius *πλεῖστον γὰρ ἐν αὐτῷ ἰσχύσειν* conicit.] — § 6 male Vatic. *(καὶ) πάντα* exhibet; in Laur. post *λιμένα* syllabae *τῆς ἀνα-* exciderunt.

37, 1 vulgatum *τοιαῦτα* scripturae Vaticani *ταῦτα* recte praetulit Stahlius, quod difficilius illud ex hoc fieri posset. — § 2 extr. Vatic. solus *ἐπεξέπλεον* exhibet, quod fortasse praeferendum est, cf. VIII, 20, 1 (verbum enim ipsum nusquam alibi extat); cf. tamen in eodem c. 26, 3: *ἐπιπαρέπλει* et c. 34, 2: *προανεχούσαις*. — In § 3 Laur. post *οἱ δὲ* male addit *Ἀθηναῖοι*, quod scholion in Vatic. adscriptum est. Infra Laur ante *τῶν Συρακοσίων* articulum *αἱ* servavit, qui in ceteris post *καὶ* intercidit.

38, 1 ante *Συρακόσιοι* Vatic. melius *οἱ* addit. — § 2 in Laur. est *ἀντίπαλα τῆς ναυμαχίας γενόμενα,* et quanquam post *-λα* articulus *τὰ* satis facile intercidere poterat, dubito an recte ita omissus sit, ut neutrum *ἀντίπαλα* pro substantivo *(virium aequalitas, ἰσορροπία)* positum sit, sicut cum *εἶναι* verbo iunctum V, 8, 2 (ubi cf. adnot. Stahlii) positum est, cf. IV, 117, 2 et VII, 13, 2.

39, 1 *πρότερον* in Laur. mendo usitatissimo in *πρότερον* corruptum est; in Vatic. scholion *ἢ τὸ πρότερον* in contextum receptum est. — In § 2 rectius Vatic. *ἐπὶ τὴν θάλασσαν* quam Laur. *παρὰ τὴν θάλ.* praebet, nisi forte *praeter oram* (cfr. infra *παρὰ τὰς ναῦς*) verti licet; sed *μεταναστήσαντας,* quod in eodem est, propter praepos. *ἀνα-* non ferri potest, cf. adnot. Stahlii. Utrum *μετα[να]στήσαντας — κομίσαι* (Vatic.) an *μεταστῆσαι κομίσαντας* (Laur.) praestet, difficile dictu est; de partic. *aor.* cf. Madv. synt. gr. § 183 adn. 2. Paullo infra nihil est cur *ἀριστοποιήσονται* scribamus, cum et Laur. et Vatic. *-ωνται* exhibeant et sequatur *ἐπιχειρῶσιν* (cf. Stahlii qu. gr. p. 26); ceterum in hoc cod. est *ἄριστον ποιήσωνται,* fort. ad *ἄριστον ἐποιοῦντο* (c. 40, 1) accommodatum.

40, 5 partic. *τε* quam et Laur. et Vatic. ante *ναυσὶν* praebent per anacoluthiam particulae *καὶ* ante *οἱ ἀπὸ κτλ.* positae respondet (cf. Saupp. ep. crit. p. 86); Stahlius eam expungit, quod huic partic. *καὶ* ante *ταῖς* posita respondeat, sed hac multo aptius *δεξάμενοι* cum iis quae sequuntur coniungitur.

41, 2 male Vatic. *ὑπὸ* pro *ὑπὲρ* (non pro *ἀπὸ*, ut indicat Stahl.) praebet. — § 4 in Laur. et cett. *τοὺς μὲν πολλοὺς* (cf. IV, 113, 2) *ζωγρήσαντες* scribitur, nec quo modo hoc propter *πολλὰς* quod praecedit irrepere potuerit satis perspicitur; itaque in archetypo Vatic. tamquam supervacaneum deletum esse opinor. — Partic. *καὶ* ante *πολὺ κρείσσους* in Laur. intercidit. Infinitivus *δοκεῖν*, quem pro *ἐδόκουν* exhibet Vatic., cum verba *τὴν ἐλπίδα* — *εἶχον* — *δοκεῖν* abundantiam molestissimam habeant, defendi non potest; ad transitionem, quae ad verbum finitum *ἐδόκουν* facta est, removendam a correctore substitutus esse videtur.

42, 1 adverbium *μάλιστα* ideo in Vatic. omissum esse videtur, quia numero navium accurate indicato parum convenire putabatur; ceterum dubito an hoc quidem loco recte Betantius adv. *μάλιστα* addito *ipsum* numerum significari statuerit, cf. tamen 34, 5: *ἑπτά τινες*. — In § 4 Stahlius partic. *τε*, quam post *ἁπλοῦν* Vatic. solus omittit, cum in altero membro *αὐτὸ* [Vatic. *αὐτῷ*] addatur, melius abesse dicit, nec iniuria; sed haec ipsa correctori particulae delendae causa esse potuit, cf. ad c. 36, 2. Idem rectius vulgatum *κρατήσειέ* scripturae Vatic. (et Palat.) *[μὴ] ἐπικρατήσειέ* praetulit, cfr. adnot. ipsius. Ante *Ἐπιπολῶν* part. *τε* male omittit Laur.; at pronom. *οἱ*, quod Vatic. paene solus ante *ξυντομωτάτην* addit (non item Vat. *γρ.*), libentius caremus, quamquam post *καὶ* satis facile intercidere poterat. — § 5 Vatic. recte *τρίψεσθαι* praebet. Quod idem post *Ἀθηναίους τε* partic. *καὶ* inserit, hoc ideo factum esse putaverim, quod verba *τοὺς ξυστρατευομένους* de sociis Atheniensium dicta acciperentur; quod per verba seqq. *καὶ τὴν ξύμπασαν πόλιν* fieri non licere in promptu est. — In § 6 ad imperf. *ἐπεκράτουν* quod sequitur convenientius *ἔτεμνον* (*ἔτεμον* cett.) exhibet Laur., in quo *τῷ πεζῷ* part. *τε* omissa male scribitur.

43, 1 Vatic. inepte *τε* post *ἀπὸ* (*τοῦ τείχους*) inserit. Infra haud dubie Thucydides *ὡς ἐπενόει, καὶ τὴν ἐ. τ. Ἐ. ἐποιεῖτο* scripsit; sed cum singularis particulae *καὶ* vis, de qua cf. adn. Kruegeri ad II, 93, 4 (3), parum intellecta esset, in duas partes correctum est, ut aut *ὡς* (Laur. et Vatic. *γρ.*) aut *καὶ* (Vatic. cont.) deleretur. — § 2 rectius Vatic. (cum M.) *ἀδύνατα* (cett. *ἀδύνατον*) praebet; in eodem infra male *τοξευμάτων καὶ κτλ.* et *τὴν πρώτην στρατιὰν* scribitur. Imperf. *ὑπελείπετο* (Vatic.) melius quam plusqpf. *ὑπελέλειπτο* (Laur.) hic convenire videtur, et sae-

pius hae formae inter se permutatae sunt (contrarie VII, 2, 4, ubi corr. Cobet.). — § 3 extr. post verbum *ἄνδρας* in Vatic. interpretamentum vel correctura *τινὰς* additur. — In § 4 Vatic. solus verba *ἐν προτειχίσμασιν* praebet, quae genuina esse verbis *τῶν προτειχισμάτων* (§ 6) clarissime ostendi putat Stahlius, sed fortasse de his ipsis verba *τὰ στρατόπεδα* posuit scriptor; castra enim trina ad *τὸ παρατείχισμα* (§ 5) defendendum communita *προτειχίσματα* satis apte appellari poterant. Quamquam causa cur in cett. codd. omitterentur similitudo vocularum *ἐν* et *ἕν* esse poterat. — In § 6 Laur. artic. ante *Γύλιππος* omittit, cf. 83, 2; in § 7 male Vatic. comparativum *πρότεροι* praebet, cf. 19, 5.

44, 1 Vatic. paene solus satis apte ante verba *τῷδε τῷ πολέμῳ* partic. *γε* addit; in eodem minus recte § 3 extr. *τὸ πρόσθεν* scribitur, cf. adnot. Stahlii. — § 4 particula *ὡς*, quam ante *κρατοῦντες* Vatic. solus addit, facile caremus, cum vix ideo, quod se victores esse Syracusani sentirent, magis inter se cohortarentur; addi autem potuit partic. ad similitudinem verborum: *ὡς κεκρατηκότων* c. 43, 7. — Pro verbis *ἀδύνατον ὂν* in Laur. scribitur *ἀδύνατα ἦν*, quod ex illa scriptura errore aut correctura ortum esse veri parum simile est; fortasse fuit *ἀδύνατα δ'ἦν* (cf. supra § 3 *χαλεπὰ ἦν* et c. 43, 2) vel *ἀδύνατα ὄντ'*, cfr. adn. mea ad III, 82, 1. — Vatic. et schol. in *γρ.* melius *ἐξ ἐναντίας* praebent quam cett. codd. *ἐναντίον*, quod interpretamentum esse videtur; cf. IV, 33, 1; 35, 3. — § 5 in Vatic. scribitur *διέφευγον αὐτοὺς ἅτε ἐκείνων ἐπισταμένων* (superscr. *οι*) *τὸ ξύνθημα*, in Laur. est *ἐπιστάντων*, quod ex *ἐπισταμένων* corruptum esse apparet. Pron. *ἐκείνων* de Atheniensibus modo commemoratis (*αὐτοὺς*) poni potuit illud quidem (cf. Krueg. ad I, 132, 5), ut *ἐπιστάμενοι* defendi possit; sed melius ex optimis codd. *ἐπισταμένων* scribitur, ut *ἐκείνων* de eis omnibus qui a Syracusanis stabant dictum sit. — In § 6 post *ἔβλαψε* Vatic. (cum It.) partic. *καὶ* omittit; veram scripturam *παιαν-* hic sicut infra, sed utroque loco manu sec. correctam servavit Laur. — § 7 scriptura Laur. *κατέστησαν* (Vatic. *καθίστησαν*, e qua *καθίστασαν* [sc. *αὐτοὺς*] effecit Stahlius) servanda est, cui optime conveniunt ea quae sequuntur: *ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες μόλις ἀπελύοντο*, quae idem atque *ἐς χ. ἀ. ἦλθον ὥστε μόλις ἀπολύεσθαι* valent, ut aoristus neminem offendere possit. Scholiastas, qui locum perverse interpretatur, *κατέστησαν* pro aoristo primo accepisse videtur. Id enim in scriptura *καθ-*

ἵστασαν offenderet, quod satis dure e pronomine longe remoto αὐτοῖς accus. αὐτοὺς audiendus esset. — In § 8 Vatic. ῥιπτοῦντες praebet, sed II, 49, 5 in utroque ῥίπτειν est. Infra in Laur. (et Vatic. γρ.) καταβαῖεν οἱ μὲν in καταβαίνοιεν conflatum est.

45, 1 in Vatic. πρῶτον (Laur.) vel πρῶτοι (all. codd.) post -ωτοὶ excidit, sicut in Laur. πρώτῳ post αὐτῷ 81, 4.

46, 2 Vatic. paene solus ἄλλην addit, fortasse recte, cum post τὴν facile excidere posset et Sicilia reliqua Agrigento urbi apte opponatur.

47, 2 verbum ἦν, quod hic abesse minime potest, omittit Vatic.; coniectura Dobreei ὂν scribentis ea sola re commendatur, quod ὂν post χαλεπὸν facilius intercidere poterat. In loco corrupto τά τε ἄλλα ὅτι ἀνέλπιστα αὐτοῖς ἐφαίνετο, cum nemini partic. ὅτι, quae etiam in Vatic. extat (errat Stahlius), addere in mentem venire potuerit nec alia corruptelae causa dispici possit, cum Reiskio ἀνελπιστότατα scribere praestat. — § 3 διεκινδύνευσε(ν) etiam est in Laur.; idem ἐξιέναι exhibet, quod non deterius quam ἀπιέναι (Vatic.) est, cf. 3, 1; V, 31, 5; VII, 49, 3: ἐξανίστασθαι (§ 1: ἀπανίστασθαι). — In § 4 Laur. artic. τοὺς omittit, qui possitne abesse dubito.

48, 1 πόνηρα etiam in Laur. proparoxytonon est, sicut 83, 3 (paroxyt.) et VIII, 24, 5 (at VIII, 97, 2: πονηρῶν); cf. Herodian. I p. 197. — § 2 Vatic. male ἐλπίδας τε ἔτι (rectum in γρ.) praebet; in eodem § 3 extr. ad praes. ὁρῶντας fortasse convenientius ἀκούοντας (Laur. -σαντας) scriptum est. Coniunctivus διαβάλλῃ, quem coniectura posuit Stahlius, fortasse in Vatic. fuit, qui litt. -οι in litura habet; quamquam hoc quidem loco an optativus potentialis poni potuerit dubito. — In § 5 ante χρήμασι et in Laur. et in Vatic. part. καὶ scribitur, quae recipienda est; refertur autem ad totum enuntiatum, cf. Krueg. ad I, 77, 1. — Post δισχίλια male τε om. Laur. — § 6 in Laur. et Vatic. γρ. χρήμασι ὡς, in Vatic. cont. χ. ὧν est; ex illa scriptura Stahlius ἕως effecit (cf. idem codd. mendum 26, 3), sed sic partic. νικηθέντας parum convenit. Coniecturae Popponis ᾧ scribentis (cf. Madvig. adv. crit. I p. 331) Stahlius opposuit, eos qui pecunia superiores essent eiusdem sumptu superatos esse non posse; at nihil in mora erat quo minus Syracusani re vera difficultate nummaria laborantes pecunia mutua sumpta Athenienses hac quoque re vincerent. Ex ᾧ facile oriri potuit

ὧν; ad ὡς vero propius accedit pluralis *οἷς*, quod Madvigius ipse coniecit. [Gertzius *δείμασιν, (ἐν) ᾧ κτλ.* c. 80, 3 coll. coniecit.]

49, 1 in Vatic. ante *τὸ βουλόμενον* adv. *που* additur, e quo Dion. Cass. XLV, 8, 4 coll. *πολὺ* effecit Linwoodius; affert Stahlius locum Plutarchi (Nic. 21), cuius tamen verba *(ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι)* non minus bene coniecturae Bloomfieldii *τι βουλόμενον* (cf. c. 48, 2) conveniunt. Sed artic. *τὸ* eo, quod c. 48, 2 haec Syracusanorum factio commemorata est, satis defendi existimo. — Infra in loco corrupto (*ἢ πρότερον θαρσήσει* Laur., *θαῤῥῶν ἢ πρότερον ἐθάρσησε* Vatic.) *μᾶλλον* post *ἅμα* excidisse suspicor (praeiit Velsenius, sched. crit. p. 46, alia coniectans), id quod et additamento Vaticani *θαῤῥῶν* et adnotatione scholiastae: *θαρσήσας νῦν δηλονότι μᾶλλον ἢ πρότερον κρατηθεὶς καὶ νικηθεὶς* veri simile fit; sed male schol. partic. *κρατηθείς*, quod cum *ἐθάρσησε* iungendum est, cum *πρότερον* coniungi voluit, quod per collocationem verborum fieri non licet. Scribendum igitur puto: *καὶ ἅμα (μᾶλλον) ταῖς γοῦν ναυσὶν ἢ πρότερον ἐθάρσησε κρατηθείς, et simul* (terra) *victus magis in navibus saltem quam antea fiduciam posuit,* nisi forte *κρατηθεὶς* glossa verbi *πρότερον* est. [Gertzius *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσίν, ᾗ πρότερον* (cf. 4, 4), *ἐθάρσει κρατήσειν* coniecit; *κρατήσειν* iam Badham. invenerat.] — § 2 in Vatic. pro altero *ἐς* ad sermonem variandum, opinor (cf. 2, 3; 70, 8), *πρὸς* scriptum est. Infra recte *θρέψονται* praebet; post verba *μᾶλλόν ἐστι* interpretamentum *ὥσπερ νῦν* irrepsit. — In § 3 Laur. melius *ἐξανίστασθαι* quam Vatic. (cum It.) *ἐξίστασθαι (excedere)* exhibet. — § 4 praeferenda est scriptura Laurentiani *ἐνεγένετο*, cf. II, 22, 2 *(ἱππομαχία τις ἐ.)*, ubi et Laur. et Vatic. eam praebent; praepositio huius verbi etiam VIII, 9, 2 in Vatic. omittitur.

50, 1 Vatic., praeterquam quod partic. *τε* omittit, fortasse rectius *ἄλλην στρατιὰν ἔχων πολλὴν* exhibet. — § 2 in Laur. propter *δόντων* quod sequitur *ἀπενεχθέντες* in *-των* mutatum est.[1]

---

[1] Simili vitio I, 120, 5 codd. praeter C. et G. infecti sunt, quod amplecti non debuit Stahlius; nam post genetivos *ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων* multo facilius *τυχόντα* in *τυχόντων* quam hoc in illud transire potuisse in conspicuo est. Quod vero ad sententiam attinet, prosopopoeia verborum *πολλὰ γνωσθέντα — τυχόντα* pro *πολλοὶ γνόντες — τυχόντες* positorum ea quae c. 110, 1 invenitur non gravior est, neque verbum *τυγχάνειν* cum genet. coniunctum notione *fortuiti (nancisci)* caret.

Pro *δύο (ἡμερῶν)* Vatic. *δυοῖν* praebet, quam formam correctoribus tribuit Stahlius. — § 3 in Laur. *ἐδύναντο* est, non *ἠδύναντο*, cf. 25, 4. — In § 4 inter verba *πρὶν* et *ὡς*, nescio an correctura, pron. *ἃς* (*ἡμέρας* sc.) in Vatic. irrepsit.

51, 1 scriptura Vatic. *ἐπηρμένοι* (cett. *ἐγηγερμένοι*) ad sententiam satis convenit et loco simili VIII, 2, 1 quodam modo comprobatur illa quidem; dubito tamen, cum quo modo ex *ἐπηρμένοι* scriptura *ἐγηγερμένοι* oriri potuerit difficilius intellegatur, an illud verbum pro hoc, quod minus usitatum est, ad similitudinem loci quem laudavi illatum sit. Perfectum secundum *ἐγρήγορα* simili sensu Xenophon Cyrop. I, 4, 20 posuit. — Post *σφῶν* in Vatic. male *τε* additur; articulos *ταῖς (ναυσὶ)* et *τῷ (πεζῷ)*, qui non requiruntur (cf. Betant.), omittit Laur. — § 2 in Vatic. (et It.) scribitur *ἀνεπειρῶντο*, in Laur. et Vat. *γρ. ἀνεπαύοντο*, quorum prius similitudine loci c. 7, 4 permoti praetulerunt edd., velut Stahlius, qui *ἀνεπαύοντο* rerum condicioni repugnare dicit. Sed Syracusanos, ut qui tunc ad ultimum belli discrimen adeundum se pararent, quietem aliquanti temporis sibi sumpsisse veri simillimum est, qua re non intellecta corrector vel librarius illius loci memor *ἀνεπαύοντο* in *ἀνεπειρῶντο* facile mutare potuit. — In Vatic. scribitur *ὅσας*, tamquam *ἐδόκει ἱκανὸν* sequatur; in Laur. post *ἱκαναὶ* excidit *εἶναι*. Pro *προτέρᾳ* in Vatic. est *προτεραίᾳ*, quod hic quidem cum nullus dies quem hic praecederet antea significatus sit ferri non posse iam Krueg. animadvertit.[1] Ante *ἱππέων*, sicut in fine capitis ante *ὁπλιτῶν*, artic. om. Laur.; in Vatic. verba *καὶ τῶν ἱππέων — τε τῶν ὁπλιτῶν* omnia interciderunt. Minus placet in Laur. et Vatic. *γρ. ἐφόδου*.

52, 1 in Vatic. male *πρὸς τῷ τείχει* scribitur. — § 2 recte Vatic. *ἐπεξάγοντα* exhibet; in eodem vocabulum, cuius haec significatio *(cursus)* minus usitata est, *τῷ πλῷ*, quod ne *τὰς ναῦς* iteraretur positum esse videtur, in *τῷ πλοίῳ* mutatum est. Infra Laur. paene solus *κοίλῳ μυχῷ* partic. *καὶ* omissa praebet, quo alterutrum verborum glossema esse veri simile fit; Herwerd. *κοίλῳ* delevit, equidem Bothium *μυχῷ*, quod e c. 4, 4 petitum

---

[1] Contra V, 75, 4, ubi in proximis sequitur *τῆς μάχης ταύτης*, Cobeti coniectura *προτεραίᾳ* auctoritate Laurentiani comprobatur.

esse potest, expungentem sequi malim. — Melius Vatic. ἤδη ναῦς praebet quam cett. ναῦς ἤδη, sed minus bene ἐξώθουν.

53, 2 adverbium ταύτῃ, quod Vatic. paene solus exhibet, additamenti simile est, cum quin Tyrrheni ad crepidinem (τὴν χηλὴν) in praesidio positi fuerint nemini paulo attentius legenti dubium esse possit. — § 3 extr. male Laur. δυοῖν δεούσας εἴκοσι ἃς οἱ Σ. praebet; librarius Vatic. γρ. part. μὲν ante πολλὰς omissa longius progressus est. — § 4 in Vatic. minus recte scribitur βουλόμενοι ἐμπρῆσαι, quod fortasse ad similitudinem locc. 52, 2: βουλόμενον περικλῄσασθαι et 53, 1: βουλόμενος διαφθείρειν correctura positum est. Melius fortasse idem τήν τε φλόγα praebet:

54 Vatic. solus artic. ante Συρακόσιοι recte omittit, cum οἱ μὲν Συρ. poni debuerit et Ἀθηναῖοι δὲ sequatur.

55, 1 Vatic. ante τοῦ ναυτικοῦ partic. καὶ omittit, qua difficulter caremus, cf. § 2: καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν; in eodem pro δή, quod notionem παντὶ eleganter intendit, ἤδη scribitur, quam discrepantiam saepius redeuntem (cf. 71, 2; 77, 3; 81, 2; VIII, 53, 3) quin correctori tribuamus facere vix possumus. — § 2 in Laur. καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθη, in Vatic. καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθει extat, e quibus scripturis καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθει efficiendum esse videtur, ut pro ἐχούσαις quod languet coniectura Dukeri ἰσχυούσαις recipiatur; litt. enim η et ει saepissime in codd. inter se permutantur. Accedit, quod Thucydides quidem nusquam alibi μεγέθη aut πλήθη (cf. Stahl. ad V, 68, 2) similiave posuit. — Pro οὔτε in utroque cod. bis οὔτ' scriptum est. Pro κρείσσονος, quod schol. Lugd. μείζονος comprobatur, in utroque est κρείσσους, sed in Vatic. solo partic. ὄντες ex alio scholio ductum additum est. Idem πρὸς αὐτῶν male exhibet.

56, 2 Vatic. recte αὐτοὶ σωθῆναι praebet. In Laur. est κωλύσουσι, quod praeferendum esse puto, cf. I, 56, 2 et adnot. Kruegeri.[1] Vatic. ante πράγματα artic. τά, post Ἀθηναίων part. τε omittit; in Laur. alterum ὑπό, quod sane inutile est, deest, cf. tamen adnot. Kruegeri. — In § 4 post πλήν γε partic. δή omittit Vatic., nescio an consulto; particc. γὲ et δή iunctae v. c. II, 62, 1; VIII, 41, 2; Soph. Phil. 246 extant.

---

[1] In loco simillimo VI, 11, 7 e Laur. (et Pal.) φυλαξόμεθα rescribendum est.

57, 1 scripturam Laur. *ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας — ἔσχε(ν)* (consentit Vatic. γρ. vel corr., in Vatic. cont. *ἕκαστοι — ἀνάγκης ἔσχεν* scriptum est) satis confirmare videtur locus Herod. VII, 188, 2, quem attulit Arnoldius: *τοῖσι οὕτω ὅρμον εἶχε,* cuius nostrum locum propter articulum *τῆς* additum et aoristum *ἔσχεν* dissimilem esse Krueg. contendit. Sed ad articulum excusandum ea conferri possunt, quae docuerunt Lobeckius (ad Phryn. p. 280) et Madvigius (bem. u. e. p. d. griech. wortfügungslehre, p. 70 sq.); aoristus vero partic. aor. *στάντες* quod praecessit satis defenditur. Vertatur igitur: *ut quibusque aut propter utilitatem aut necessitate acciderat, ut id iis contingeret* (vel potius: *ut participes fierent,* cf. adnot. Kruegeri). — § 3 collocatio Vatic. *εἰσὶ δ' οἳ καὶ* locis I, 23, 2; VII, 13, 2 defenditur illa quidem; neque tamen rarior collocatio *εἰσὶ δὲ καὶ οἳ* (Laur.) exemplis non confirmatur, v. adnot. Kruegeri. — § 4 in Vatic. vocabulum *φόρον* ante *οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες,* ut verbis *ναῦς δὲ* acrius opponeretur, opinor, collocatum est; sed *μὲν* addi debuit. — § 5 de artic. *τοῖς,* quem cod. M. solus recte praebere dicitur, omisso ex Laur. equidem nihil adnotavi. Melius fortasse in Vatic. *κατὰ τὸ ἔχθος* de noto Plataeensium odio scribitur: cf. tamen I, 103. 3; IV, 1, 2, quibus locis sane genetivus additur, sicut infra in § 7. — § 6 Vatic. *ὅπλα ἐπέφερον* exhibet, quae scriptura locis V, 49, 4; VII, 18, 2 commendari videtur; sed recte Stahlius discrimen quoddam locutionum *ὅπλα φέρειν (bellum gerere)* et *ὅ. ἐπιφέρειν (signa inferre)* statuit, ut simplex *ἔφερον* praeferendum sit. — § 7 Vatic. *τῶν δὲ* minus bene praebet; post *ἐκράτουν* artic. *οἱ* omittit Laur., quo facile caremus, cf. VIII, 76, 4: *τὸ Ἀθηναίων κράτος.* — § 8 coniectura Classenii: *ἐν Ναυπάκτῳ ἐκ Ναυπάκτου* probanda esse videtur (cf. ipsius adnot. crit.), qua quod in omnibus codicibus alterutrum extat optime explicatur. — In § 9 *γὰρ* particula in Vatic. additur, sed in simili enumeratione II, 9, 2 asyndeton invenitur. In eodem male *ἐποίκους* (Laur. ἀπ.), nescio an sermonis variandi causa, scriptum est; contra recte *ἑκόντας* (Laur. ἄκ.) exhibet. Collocatio Vatic. *εἰωθότες ἰέναι* fortasse exquisitior est. — § 11 in Vatic. fortasse rectius scribitur *Ἐγεσταῖοί (Αἰγ.) τε,* cum Siculi quoque barbaris adscribantur (c. 58, 3), ut *τε* particulae *καὶ* ante *Σικελῶν* (Laur. *-λιωτῶν*) positae respondeat.

58, 4 artic. *ὁ,* quem ante *ἄλλος ὅμιλος ἄφθονος* Vatic. solus

praebet, additus esse videtur; superiora enim artic. non addito posita sunt, et cf. IV, 124, 1: *καὶ ἄλλος ὅμιλος τῶν βαρβάρων πολύς*. Partic. *τε* post *μέγεθος* cum cett. om. Laur., in Vatic. solo est *καὶ ὅτι γὰρ*, qua codd. discrepantia an verba *καὶ ὅτι ἐν μεγ. κινδ. ἦσαν*, quae omittit Laur., spuria sint dubitare cogor.

59, 2 pro *οἵ τε οὖν* recte Krueg. *οἱ δ' οὖν* scripsisse videtur; quae correctura si vera est, suspectiora fiunt verba *καὶ οἱ ξύμμαχοι*, quae Vatic. solus addit. Melius enim hoc loco, ubi de animorum habitu Syracusanorum (cf. c. 56, 2) agitur, absunt, et part. *τε* causa cur adderentur esse poterat. In eodem cod. pro *ἀγῶνα* est *ἀγώνισμα*, quam scripturam locus c. 56, 2 comprobare videtur; sed cf. eiusdem cap. § 3 et c. 68, 3. *Τοσοῦτο*, quod idem exhibet, hic quidem ante vocalem positum minus placet. — In § 3 verba *τὸ στόμα* in Laur. exciderunt.

60, 2 Vatic. *ἀσθενοῦσιν*, sed in *γρ.* vel correctura *ἀσθενέσιν* sicut ceteri praebet; quae verba inter se sic differre statuit Bloomfield., ut *ἀσθενής* ad totum valetudinis habitum referretur, *ἀσθενῶν* vero de aegrotantibus poneretur. Sin autem hoc discrimen verum esset, infra c. 75, 3 potius *ἀσθενῶν* positum esset; hic quoque igitur rarius vocabulum *ἀσθενής* retinendum esse videtur. — Pro *ἁπάσας* (ante *ὅσαι*) cett. praeter Vatic. *πάσας* praebent; illud tuetur I, 125, 1. — In § 4 in Vatic. est *τἆλλα ὅσα*, sed superscripta est scriptura cett. codd. *ὡς*, quae multo aptior est. — § 5 in Vatic. solo post *ὁρῶν* partic. *καὶ* omittitur, quae, cum superiora de praetoribus et taxiarchis qui in consilium convenerant (§ 2) dicta sint, hic aptissima est; nec tamen minus apte ad totum enuntiatum eam rettuleris, cf. Krueg. ad I, 95, 4; 138, 5.

61, 1 rectissime verbum *ἑκάστοις*, quod cum verbis haud dubie spuriis: *οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις* eiecerunt cett. edd., Thucydidi vindicat Herwerd., cum quo modo irrepere potuerit vix intellegatur. In Vatic. est *ἑκάστῳ* (superscr. *ἑκάστοις*), sed pluralis, cum de singulis nationibus, non hominibus agatur, aptior est. [Gertzius *ἑκάστοις οὐχ ἧσσον ἢ τῆς πολεμίας* (sc. *γῆς*) scriptum fuisse suspicatur.] — In Laur. *στρατιῶται* omittitur.

62, 1 recte in Laur. *ἡμῖν* scribitur (Vatic. *ὑμῖν*). — § 3 in Vatic. *ἀντιναυπηγῆσαι* est, sed huius ipsius verbi genus activum nusquam alibi legitur (cf. VII, 36, 3 et adnot. Kruegeri); nec vero simplicis verbi *ναυπηγεῖν* saepe forma activa ponitur,

apud Thucydidem quidem nusquam (v. lexx.). Itaque praeferenda est scriptura cett. codd. *ἀντιναυπηγεῖσθαι;* praesens tempus, cum sententia relativa in universum dicta sit, satis bene convenit. Ante *ἀντιναυπηγ.* in Vatic. *χρή*, in Laur. corrupte *μή* scribitur; sed totus locus mancus esse videtur, cum part. *καὶ* quae sequitur quo apte referatur non habeat. Valla tamquam *ἄλλα τε ὅσα* legerit locum vertit; sed huius auctoritatem minimi facio. — Post *ᾧπερ* Vatic. solus *δὴ* praebet, quod quanquam post *-περ* minime desideratur, fortasse genuinum est. In fine capitis in eodem *ἐσομένης* scribitur, quae correctura inutilis verae scripturae *οὔσης* (quae superscripta est) esse videtur.

63, 1 pro *ἀξιοῦν* — *ᾖ* Laur. male *ἄξιον* — *ἦν* praebet. — § 3 extr. fere omnes *τὸ ἀδικεῖσθαι* exhibent, Vatic. *μὴ* inserit. Quam partic. etsi in codd. saepius excidisse satis constat, hoc loco, cum non modo nullo sententiae damno, sed etiam cum maiore quadam orationis elegantia abesse possit, paullo suspectior fit, cf. adnot. Kruegeri; correctori quidem locum parum intellegenti ut negationem adderet proximum fuisse quivis, opinor, concedet. — § 4 in Vatic. post *ὅτι* partic. *καὶ* omittitur, qua difficilius caremus.[1]

64, 1 Vatic. *τούς τ' ἐνθένδε πολεμίους* exhibet, quod forsitan alicui praeferendum esse videatur, cf. ad 26, 3; sed *ἐνθάδε* propter *ἐκεῖ* quod sequitur magis placet. E Laur. forma rarior *πλευσουμένους* recipienda est, cfr. Stahl. qu. gr.$_2$ p. 63. — § 2 post *ἑκάστους* Vatic. *τε* om., sed cf. I, 36, 3; II, 64, 3 (Stahl.). Infra fortasse correctura in Vatic. *Ἀθηναίων* scriptum est, superscr. *Ἀθηνῶν*.

65, 1 Vatic. *τοσάδε* praebet, sed *τοσαῦτα* usui Thucydideo magis convenit, cf. v. c. 16, 1; 49, 1. — § 2 Laur. corrupte *πρός τε πολλὰ* exhibet. Infra in Vatic. scribitur *ἔχῃ*, sed nihil corrigendum est, cf. Stahl. l. l. p. 25. — § 3 in Vatic. solo *ἕτοιμα πάντα* est; sed cf. c. 60, 5.

66, 1 exquisitius in Laur. pron. *αὐτῶν* inter *οὕτως* et *προθύμως* positum est, cf. 78, 6; VIII, 2, 3; 104, 4; Vatic. *αὐτῶν*

---

[1] In verbis *δικαίως ἂν* participium quoddam ad *αὐτὴν* relatum latere recte viderunt Stahlius et Boehmius; sed minus feliciter, opinor, ille *δικαιοῦσαν*, hic *κινδυνεύουσαν* coniecerunt. Fortasse fuit *λιπαροῦσαν* (*obsecrantem*), quod ad *μὴ καταπροδίδοτε* certe satis convenit; cf. Plat. Cratyl. p. 391 c. Xen. Cyrop. I, 4, 6. [Gertzius *δικαίως (ἀνταιτοῦσ)αν* coniecit.]

οὕτω προθύμως praebet.[1] Nec dubito quin recte c. 71, 5 Ae. Portus αὐτοῖς cum παραπλήσια coniunxerit. — In § 2 Vatic. solus ἔπειτα δὲ exhibet; utrumque bonum, cf. Krueg. ad I, 18, 3 (6). Partic. τε, quam post Πελοποννήσου idem cod. inserit, propter collocationem vix defendi potest; nihil certe valent loci quos attulit Stahlius (VII, 84, 2; VIII, 32, 1). — Infra ἤδη, quod in Vatic. solo scribitur, ob νῦν oppositum addi poterat, cf. ad 4, 4; 31, 3. — § 3 in Vatic. non melius τό γε λοιπὸν extat.

67, 2 scriptura plurium codd. πρὸς τὴν ἑκάστην e scriptura Vatic. πρὸς ἕκαστον vix oriri potuit, quo fit ut substantivum aliquod, velut τέχνην, post τὴν in codd. intercidisse, deinde in archetypo Vaticani verba τὴν ἑκάστην in ἕκαστον correcta esse suspicari liceat. Ante ἀκοντισταὶ in Laur. καὶ intercidit.

68, 1 Vatic. ἐκγενησόμενον (*contingere*), Laur. ἐγγενησόμενον (*licere*) praebet, quorum utrumque fere aeque bonum est, illud nusquam alibi Thucydides posuit. — § 3 post πραξάντων Vatic. ex interpretatione, haud dubie recta, ἡμῶν addit. In Laur. τε omittitur; in Vatic. καρπουμένην scriptum est, quod utrum correctori an librario tribuendum sit incertissimum est. — In fine capitis nescio an rectius in Laur. ὠφελοῦσιν (Vatic. solus ὠφελῶσιν exhibet) scriptum sit, ita scilicet, ut partic. ἂν ad participium βλάπτοντες solum referatur; optime enim id quod eventurum esse Gylippus existimat indicativo, quod vero a spe eius abhorret potentialiter participio ἂν part. addita significatur, quasi οἳ ἂν — βλάπτοιεν καὶ — ὠφελοῦσι positum sit. Exempla aliquot huius usus collegit Stahlius (qu. gr.$_2$ p. 20 adn. 2), quorum cf. inprimis II, 80, 1, Plat. apol. p. 29 c, Isae. XI, 47.

69, 2 Laur. et Vatic. γρ. male ἦν post ὡς ἐγγὺς ἤδη addunt, cf. IV, 126, 1 et adn. mea ad III, 52, 2. Infra Vatic. recte ὄντες exhibet. — In § 3 ante ἀναγκαῖα in Laur. καί, in Vatic. ἤ scribitur, quorum hoc edd. receperunt. Sed Thucydidem ἢ καὶ (cf. II, 38, 2; I, 36, 1; 140, 1; V, 9, 10 [coll. Maetzner. ad Antiph. V, 23] et Krueg. gramm. § 69, 32 adn. 13) scripsisse et alterutrum in codd. intercidisse veri similius est; cf. schol. ἀναγκαῖα μᾶλλον ἤπερ ἱκανά. — In § 4 unus cod. deterior

---

[1] Similiter I, 17, 1 et I, 107, 4 collocatio Laurentiani (*οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν ἔργον κτλ., ἄνδρες ἐπῆγον αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων κτλ.*) restituenda est; cfr. III, 39, 2.

καταληφθέντα, quod Stahlius in ed. alt. recepit, praebet; contra scriptura Laurentiani *παραλειφθέντα* et scholio *(τουτέστι παρελέλειπτο ὥστε μὴ ἐζεῦχθαι)* et auctoritate Dionysii (p. 874) comprobatur, in Vatic. est *καταλειφθέντα (παραλ.* in *γρ.).* Rectissime Classenius adnotat, vix fieri potuisse, quin Syracusani ponte navali *(ζεῦγμα)* collocato suis navibus spatium liberum ad pernavigandum *(διέκπλουν)* reliquerint, nec minus ad locum sic intellectum vocabulum *ἔκπλους* c. 70, 1 positum convenit, ut a memoria codd. bonorum minime recedendum esse videatur. Scriptura *παραλειφθέντα,* quam praefero, clarius significatum est, spatium non in medio ponte, sed ab una parte, quod Syracusanis non minus commodum erat, relictum esse.

70, 1 exquisitiorem collocationem *ἅμα αὐτοῖς* (vel *ἅμ' α.*) Vatic. solus praebet, cf. III, 17, 1 (Stahl.) et ad VIII, 92, 5. Recte Arn. et Class. praeeuntibus in ed. alt. Stahlius e Dionys. p. 875 *παρεβοήθει* scripsit, quod quodammodo scriptura Laur. *παραβοηθεῖ* comprobat (Vatic. *παραβοηθῇ*). — § 2 et Laur. et Vatic. *ἐπειδὴ δέ, καὶ* omisso, exhibent, quod, cum partic. *καὶ* h. l. abundet, et scripturae Dionysii (l. l.) *ἐπειδὴ καὶ* et scr. Palatini *ἐπειδὴ δὲ καὶ* praeferendum est; in Vatic. solo verba *οἱ ἄλλοι* (cf. Krueg. gr. § 50, 4 adn. 11), cum non intellecta essent, omissa sunt. Ante verba *ἡ ναυμαχία* Vatic. solus *ἦν* inserit, quod plane supervacaneum est, cum verbum *ἐγίγνετο (fiebat)* optime eo quoque referatur; causa autem verbi addendi ea res esse potuit, quod subiectum et verbum in suo quodque membro enuntiati posita sunt. — § 7 in Laur. post *δὴ* artic. *ἡ* intercidit, apud Dionys. ante *βοὴ* legitur; item Vatic. et Dion. *τε* part. ante *τὴν τέχνην* servant. — § 8 in Vatic. contra consuetudinem loquendi Thucydideam (cfr. adnot. Stahlii) scribitur *δι' ἀνάγκην,* fortasse ad sermonem variandum (in § 6 enim *κατ' ἀνάγκην* legitur) substitutum, cf. ad c. 49, 2. Infra post verba *δι' ὀλίγου* Vatic. solus et Dionys. vocabulum *πόνου* addunt, quod quo modo «ad sententiam aptissimum» appellare possit Stahlius non intellego. Melius certe terrae infestissimae Syracusanorum mare, cuius imperium *multos per annos* exercebant Athenienses, opponitur. *Πόνου* ex glossemate *χρόνου* fortasse corruptum esse potest; cf. VIII, 91, 1. — Rectius Vatic. *ὑποχωροῦσιν* (cett. *ἀποχ.*) exhibet; in eodem alterum *εἰ* excidit.

71, 2 in Vatic. *πάντων γὰρ ἤδη* scriptum est; cf. adn. ad

55, 1. Superscripta est scriptura vulg. *δή*.[1] — § 3 Vatic. pro *οὐ πάντων* prave *ἁπάντων* exhibet, quod fortasse correcturae propter verba proxime antecedentia, quibus sane verba *οὐ πάντων κτλ.* rem paulo incuriosius inspicienti repugnare videri poterant, factae tribuendum est. In eodem partic. *ἄν*, qua aoristo *ἀνεθάρσησαν* posito nullo modo carere possumus, omittitur, cf. VIII, 66, 4. Ceterum fortasse *ἐπί τι ἡσσώμενον* scribendum est, cf. supra *πῃ* et infra *ἀντίπαλόν τι*; de collocatione cf. v. c. 77, 6. Idem mendum VIII, 11, 1 corr. Stahlius. — In § 4 pron. *αὐτῷ*, quod et Laur. et Vatic. praebent, rectene Stahlius eiecerit valde dubito, cum haec sententia sit: *in eodem exercitu* (, qui erat) *Atheniensium;* melius tamen fortasse verba *τῶν Ἀθηναίων* cum *ἀκοῦσαι* coniuncta malebat Kruegerus. — § 7 pro *ξυμπασῶν* in Vatic. est *ξυμφορῶν*, quod correcturae simile est; idem infra melius *αὐτοῖς* exhibet, artic. *τοῖς* ante *Λακεδαιμονίοις* male omittens (opponitur enim *τοῖς Ἀθηναίοις*).

72, 2 in Laur. est *ἐβουλεύοντο*, quod cum ad *ἐπενόουν* optime conveniat recipiendum est, cf. V, 8, 4; fortasse etiam VIII, 11, 3 melius ex auctoritate Vaticani *ἐβουλεύοντο* scribitur, quanquam cum in *γρ.* sit *ἐβούλοντο* suspicio correcturae non abest. Contra VIII, 92, 5 *ἐβουλεύετο* (Laur.) et III, 43, 2 *βουλευόμενον* (codd. praeter Laur.) reicienda sunt. — § 3 in Vatic. post *αἱ λοιπαὶ* verbum *εἰσὶ*, fortasse propter collocationem insolitam, omissum est; idem rectius in § 4 *τε τῇ ἥσσῃ* praebere videtur.

73, 1 e Laur. potius *ἀποχωρήσασα* scribendum est, cum Athenienses hic rectius *discedere* quam *cedere* dicantur, cf. paullo infra: *ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι κτλ.* et c. 75, 2: *ἀπεχώρουν*. — Infra in optt. codd. est *λέγων ταῦτα ἃ καὶ αὐτῷ ἐδόκει* (*καὶ ἃ* Pal., *καὶ ἃ καὶ* It., Aug.), quae verba talem sententiam habere existimabat Bauerus, Hermocratem *non simulata, sed ex animi sententia* dixisse; «nec tamen video», inquit, «cur hoc addiderit Thucydides, quasi de fide Hermocratis dubitatum

[1] Infra *(διὰ τὸ ἀνώμαλον κτλ.)* coniecturam Bekkeri: *δι' αὐτὸ* recte aspernatur Stahlius; sed quae intercidisse suspicatur (velut *ἀνώμαλον τῶν ξυμβαινόντων*), Thucydidem scripsisse vix crediderim. Fortasse fuit *διότι*, qua in scriptura tamen collocatio partic. *τε* paulum offendit. [Gertzius *διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τ. ἐ. τ. ν. ἐ. τ. γῆς (εἶναι, ἀνωμάλως) ἠναγκάζοντο ἔχειν* conicit.]

fuerit.» Classenius locum sic vertens: «was ihm aus *eigener* Vermuthung wahrscheinlich war» verba scriptoris non accurate attendisse videtur; Stahlius Bloomfieldium secutus ad remedium delendi *(λέγων ... ἐδόκει)* decurrit, quanquam cur quicquam adscriptum sit minime liquet. Sed partic. *καὶ* ex noto illo Graecorum usu intellegenda esse videtur, quo cum proprie ad enuntiatum demonstrativum pertineat in enuntiato relativo ponatur, ut sensus hic sit: *ταῦτα καὶ λέγων, ἃ αὐτῷ ἐδόκει*; cf. Krueg. gramm. § 69, 32 adn. 13 et Herod. VI, 102. — Infra in Vatic. pro *προφθάσαντας* extat *διαλαβόντας,* quam scripturam vel correctura positam vel e meliore fonte ductam esse, quasi utrumque simul fieri potuerit, dicens recepit Classenius (cf. adnot. crit.). Sed quo modo librario ut pro *διαλαβόντας προφθάσαντας* scriberet in mentem venire potuerit, explicatum velim; contra Stahlius in archetypo Vaticani $\frac{\text{διαλαβόντας}}{\text{προφθάσαντας}}$ (i. e. correcturam vel interpretamentum *προδιαλαβόντας*) scriptum fuisse sagacissime suspicatur. Hoc loco Vatic. *γρ.*, qui alibi fere cum Laur. consentit, *τὰ στενότερα τῷ χωρίῳ προφθ. φυλ.* corrupte praebet; cf. 53, 3; VIII, 7; 30, 2. — § 2 Vatic. minus bene simplex *πεπαυμένους* de militibus quieti se dantibus exhibet; in eodem *ἔτυχε γὰρ Ἡράκλεια ταύτην κτλ.* scriptum est *(αὐτοῖς Ἡρακλεῖ* in *γρ.),* qua re pron. *αὐτοῖς* paulo suspectius fit.

74, 1 temeritate sane insolita Stahlius verba *καὶ ἐπειδὴ* tamquam glossam verborum *καὶ ὡς* (sic Vatic., ut 75, 6, *ὥς* Laur., quod in *ὧς* corr. manus sec.) expunxit, quasi cuiquam ut talia interpretaretur in mentem venire potuerit. Classenius *καὶ ὧς* retinens «auch nach dieser ersten verderblichen Zögerung» vertit, quod adverbio *εὐθὺς* quod sequitur repugnat; melius Kruegerus «wie sie doch nach der erhaltenen Mahnung gesollt hätten» interpretatur, nisi quod verba *καὶ ὧς* in formulam quandam transiisse existimandum est *(alligevel, engang — ohnehin, einmal),* cf. VIII, 51, 2, ubi satis ridicule ea pro verbis: *καὶ τοῦ τοιούτου μὴ γενομένου* (praecessit *ἐκ τοῦ τοιούτου*) posita esse putavit Dukas, et III, 33, 2, ubi nunc nullo sano sensu e superioribus *καίπερ ἀτειχίστου οὔσης τῆς Ἰωνίας* auditur. — Infra etiam in Vatic. *ἀναλαβόντες* extat, ut nihil mutandum sit, cf. adnot. Kruegeri. — § 2 ante *ποταμῶν* artic. *τῶν,* quem om. Vatic., fortasse melius abest, cf. adnot. crit. Stahlii.

75, 1 ante *Δημοσθένει* Vatic. artic. *τῷ* omittit; eadem discrepantia codicum invenitur c. 21, 5, sed c. 80, 1 in artic. omittendo consentiunt; cf. ad VIII. 55, 1. — § 2 in Vatic. *αἴσθεσθαι* est, quam praesentis formam recte Stahlius Thucydidi abiudicavit (cf. qu. gr.$_2$ p. 66). Praeter locum VI, 58, 1 Laur. ubique *(προ)αισθέσθαι* exhibet (II, 93, 3; III, 83, 4; V, 26, 5; h. l.). — § 4 in Vatic. per dittographiam syllabae *-ες* praecedentis ante *ὅσον* praepos. *ἐς* irrepsit, cf. VI, 70, 3, contra quem locum nihil valet V, 51, 2, quem ad praep. tuendam attulit Stahlius.[1] Rectius infra Vatic. *προλίποι* quam cett. *προλείποι* praebet; contra minus placet in eodem *ὑπολειπόμενοι* (cett. *ἀπολ.)*, cum notio *relinquendi, deserendi* hic aptior notione *remanendi* sit; quanquam tam frequenter in his praepositionibus permutandis peccarunt librarii (cf. v. c. adn. ad 70, 8; 73, 1), ut equidem nonnullis locis alterutrum pro plane certo statuere verear. Ante *ἀφανεῖ* in Vatic. articulus *τῷ* scribitur; utrumque Thucydideum est, cf. I, 42, 2; 138, 3. Pron. *τι*, quod ante *πάθωσι* codd. praeter Vatic. addunt. dittographia litterae *π* ortum esse videtur. — § 5 Vatic. fortasse melius *ἔφερον πάντες* praebet; cf. tamen I, 113, 4. Pron. *ἕκαστος*, quod idem ante *χρήσιμον* addit, collocatione ipsa suspectius fit (cfr. Krueg. adnot.); accedit, quod in cett. pronomine omisso *κατὰ τὸ χρήσιμον* legitur, quo fit ut verba *κατὰ τὸ* dittographia litterarum proxime antecedentium *(κατὸ, κατὰ τὸ)* vel alio quodam modo orta et in archetypo Vatic. in *ἕκαστος* correcta esse suspicari liceat; nec enim *ἕκαστος* in *κατὰ τὸ* facile corrumpi potuisse credibile est [Gertzius *κατὰ τὸ (σῶμα)* conicit, cl. 74, 1.]. Infra in Laur. scribitur *αὐτοί τε καὶ τὰ σφέτερα* (multi codd. *καί*, Vatic. *τε καὶ* omm.); in eodem solo verba *ὑπὸ τοῖς ὅπλοις* [quae in *ἐπὶ τ. ὅ.* emendabat Pluygersius] desunt, et nescio an interpretandi causa addita sint; quibus additis ut partic. *καὶ* eiceretur librariis proximum fuit. Pro *τε* fort. *γε* scriptum fuit; quas particulas inter se permutari solere notissimum est. — § 7 melius Vatic. *πεζούς τε* (in lit.) et *προσέχοντας* praebet.

In confinio capp. **76** et **77** discrepant codd., cum in Laur. *ὠφελεῖν. ἔτι καὶ κτλ.*, in Vatic. *ὠφελεῖν τι. καὶ κτλ.* scriptum sit.

---

[1] Eadem praep. VI, 65, 3 post *προσελάσαντες* irrepsisse videtur, qua deleta *τῇ Κατάνῃ* scribendum est.

Sed haec collocatio pronominis τὶ maxime insolita esset, et optime locutio usitata ἔτι καὶ νῦν verbis ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων variatur, ut scriptura Laur. haud dubie praeferenda sit. Infra ad ἔχειν quod praecessit fortasse convenientius καταμέμφεσθαι Vatic. exhibet (Laur. -ψασθαι), qui idem § 2 post κατὰ part. τε servavit. Laur. ἐς τὰ ἄλλα praebet, cf. Stahl. ad c. 24, 3. — § 3 in Vatic. est. (κατ' ἀξίαν) ἤδη, superscripto δὴ, cf. adn. ad c. 55, 1. — § 4 ante ὁπλῖται, contra atque indicatur, in Laur. solo οἷοι, in Vatic. οἳ οἵ scriptum est. — § 5 Vatic. part. ἂν, quam in cett. syllaba ἀν- hausit, servavit. — § 6 Vatic. recte ἐχυρῷ praebet, sicut II, 62, 5 Laur. De participio εἰρημένον cf. adn. mea ad III, 52, 2. — In § 7 melius Vatic. τό τε ξύμπαν exhibet, cf. adn. ad III, 40, 4; in eodem est διασωθείητε, quod e διαφύγητε quod sequitur, nescio an correctura, ortum esse veri simile est; cf. VIII, 2, 4.

78. 2 melius in Laur. ἐφεπόμενον (subsequens) quam in Vatic. simplex scribitur. — § 3 praepositionem ἐπὶ (Vatic. ἐν) ante τῇ διαβάσει positam, sicut 80, 5 ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Κ. (Laur. παρὰ), genuinam esse recte iudicavit Stahlius. — § 4 ἢ om. Vatic.; § 6 male ἑκάτεροι Laur. praebet.

79, 2 Vatic. ἀπεχώρουν exhibet, sed cf. ἀναχ. bis in § 5. — § 3 in Vatic. ἔτυχον γὰρ καὶ, fortasse correctura (cf. ad 1, 3), scriptum est; idem infra post μᾶλλον partic. γὰρ inepte inculcat. — § 4 Vatic. male exhibet καὶ ὁ Γύλιππος; recte, opinor, post ἀποτειχιοῦντας adv. αὖ praebet, quanquam si abest minime desideratur; et cf. idem verbum in plerisque codd. insertum c. 25, 9. — § 5 μετὰ ταῦτα (Vatic. μ. τοῦτο) de variis itineribus Atheniensium satis convenit. Eadem discrepantia VIII, 19, 1 codicibus inest, ubi videatur.

80, 1 in Vatic. solo ante verbum ἐπιτηδείων partic. τε propter iuncturam paulo inconcinniorem membrorum, opinor, omissa est, quae apud Thucydidem haud insolita est, cf. Krueg. ad V, 11, 1 (2); VII, 84, 3, Plat. apol. p. 36 a; si vero sententiam spectes, h. l. particula invitus careas. — Infra in Vatic. est καύσαντας, quod minime scripturae Laur. καύσαντες praeferendum est, cum in loco simillimo c. 74, 1 in nominativo praebendo hi codices consentiant; nec flocci faciendi sunt loci quos quasi similes attulit ibi Classenius, quorum duobus (I, 31, 2; 53, 1) accusativus (vel dativus) locutionem ἔδοξεν αὐτοῖς nullo inter-

vallo interiecto subsequitur, tertio vero (I, 72, 1) participium non ad verba ipsa *ἐδ. αὐτοῖς,* sed ad gerundivum interpositum *παρῃτητέα* refertur. De nominativo conferendus est locus III, 36, 2, qui hoc insolitius constructus est, quod participium *ἐπικαλοῦντες,* si quidem sententia respicitur, non infinitivis *ἀποκτεῖναι* et *ἀνδραποδίσαι* applicatur. — § 2 in Vatic. omittitur vocabulum *μέρος,* sed cf. VI, 62, 2; VII, 43, 4; 58, 2. — § 4 articulum *τὸ,* quem ante *πλέον* Vatic. solus omittit, satis tuetur VII, 48, 4: *πολλοὺς καὶ τοὺς πλείους* (Poppo). — § 5 de *παρὰ (τῷ ποταμῷ)* vid. ad c. 78, 3. Ante *μεσογείας* artic. addit Vatic., sed cf. I, 100, 3, ubi *ἐς μεσόγειαν* est. In Vatic. pro activo *μετέπεμψαν,* quod a Thucyd. et Aristoph. usurpatum postea obsolevit, usitatius medium *μετεπέμψαντο* substitutum est (in *γρ.* est *μετέπεμψαν*); cf. Krueg. ad. I, 112, 3 (1). — § 6 melius Vatic. *ἐπειδὴ* quam Laur. *ἐπεὶ* exhibet, cf. c. 5, 4; in eodem rectius post *ἀποτειχίζουσαν* partic. *τε* additur.

81, 2 partic. *ὥσπερ,* quam ante *προσέμιξαν* libri praeter Vatic. praebent, cum dittographia (cf. c. 4, 4, ubi fortasse recte *ἣ προύχουσα* scribi iussit Badham.) facillime ex *ὡς πρ* oriri potuerit, defendere vix audeo; cf. tamen VIII, 23, 3: *ὥσπερ ἔπλεον.* Etiam I, 141, 1 an Laur. exquisitius *ὥσπερ* exhibeat dubito. — Infra Vatic. solus *τῆς νυκτός τε* male praebet; contra in partic. *τε* post *ἐκυκλοῦντο* addenda (per compendium ÷ superscriptum, cf. ind. discr. c. 71, 5) cum ceteris consentit. Post *δίχα* in eodem pro *δὴ* (quo de adverbio cfr. adnot. Stahlii) scriptum est *ἤδη,* cf. ad 55, 1; superscriptum est *δὴ.* — § 3 correctorem Vaticani manifesto deprehendere licet, qui cum partic. *καὶ* ante *πεντήκοντα* numeri magni urgendi causa positam (de quo usu cf. Krueg. gr. § 69, 32 adn. 18 et eiusdem adnot. ad I, 44, 1) non intellexisset (cf. schol.: *περιττὸς ὁ καὶ σύνδεσμος*), *ἑκατὸν* addidit; omnes enim consentiunt, numerum in Vatic. scriptum nimium esse. Minorem aliquam distantiam antea indicatam esse, cui haec distantia opponatur, id quod Stahlius vult, minime necesse est, cf. v. c. Herod. III, 60: *βάθος καὶ εἴκοσι ὀργυιέων* (restituit Eltzius) et exx. a Krueg. l. l. allata. Interpretatio Vallae: *centum quinquaginta* cognationem quae codici quo ille usus est cum Vaticano intercedit demonstrat illa quidem; sed prorsus nihil de bonitate illius codicis inde efficitur. — Pro *σωτηρίαν* in Vatic. scribitur *σωτήριον,* quod propter *τὸ ὑπομένειν*

quod praecessit correctura illatum esse veri simile est; sed cf. VI, 60, 3 (in γρ. est σωτηρίαν). In Laur. ἀναγκάζονται ex -ζωνται correctum est, qua re coniectura Dobreei ὅσ᾽ ἂν ἀναγκάζωνται scribentis commendatur; mendum plane simile V, 36, 1 correxit Poppo. — § 4 in Laur. scribitur ἐτύγχανέ τε — πόνῳ τε, posterius τε omittit Vatic.; prius expungere malebat Dobreeus, fortasse recte. In Laur. ante πολλῷ praep. ἐν intercidit; idem infra rectius ἔνθεν καὶ ἔνθεν partic. τε omissa exhibet (cf. II, 76, 3), sed eandem male post ἐβάλλοντο addit, nisi forte ἐβάλλοντο τότε scribendum est. — § 5 melius in Vatic. ἐγίγνετο (cett. ἐγένετο) scribitur.

82, 3 in Vatic. est ἐσβαλλόντες i. e. ἐσβάλλοντες, sed cf. Krueg. ad II, 68, 3 (2). Infra melius idem ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ quam cett. αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ praebet, nisi fortasse αὐτῇ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ vel τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἡ. (cf. VIII, 102, 1) scribendum est.

83, 2 in Vatic. ante Συρακοσίοις, cum rasura fere quattuor litterarum sit, τοῖς scriptum fuisse videtur; sed cf. 82, 1. Infra pro μέχρι οὗ δ᾽ Vatic. solus μέχρι δ᾽οὗ partic. δὲ transposita praebet; sed vid. Krueg. gramm. § 68, 5 adnn. 1 et 4 (add. III, 11, 3: ἐν τῷ αὐτῷ δὲ; III, 28, 1: ἐν ὅσῳ δὲ), et verba μέχρι οὗ in unam notionem quasi coaluisse videntur. — § 4 in Vatic. est πορεύεσθαι; sed cf. Cavallin in Actis Univ. Lund. XIX pag. 3.

84, 4 in Vatic. scribitur ἀσμένως, sed cf. IV, 21, 1. — § 5 Laur. fortasse rectius post ἐπίνετο partic. τε omittit (cf. 81, 4).

85, 1 in Vatic. fortasse propter aor. παύσασθαι qui sequitur χρήσασθαι pro χρῆσθαι scriptum est; sed cf. IV, 69, 3: ἀπολυθῆναι ὅπλα παραδόντας — χρῆσθαι. Aliter II, 4, 7 infinitivus χρήσασθαι verbo ipso παραδοῦναι adiunctus est. — § 2 recte Vatic. ξυνεκόμισαν praebet, qui idem § 4 paene solus προσβολαῖς servavit, quod verbum etiam c. 80, 1 post -λαῖς in Laur. intercidit.

86, 2 articulum τοῦ ante Γυλίππου Vatic. solus addit, cf. ad III, 95, 1. — § 4 verba διὰ τοῦτο, quae cett. omnes omittunt, corrector cum verba ἀνθ᾽ ὧν anteposita ad utrumque membrum particulis τε — καὶ positis referri non perspexisset addidisse videtur. In Laur. infra διὰ τὸ τοιοῦτον extat, quae forma Thucydidi usitatior est, cf. Stahlii adnot. ad VI, 33, 6. Post χρήμασι recte δὴ in Vatic. additur, qui post πείσαντες partic. τε in cett. codd. inepte positam omittit. — § 5 in omnibus fere

praeter Vatic. post τὴν interciderunt verba πᾶσαν ἐς ἀρετήν, quae schol. et Aristides satis tuentur (cf. adn. Stahlii).

87, 1 verba καὶ ὀλίγῳ, quae post ὄντας Vatic. solus exhibet, quin pro spuriis habenda sint nullus dubito. Neque enim facile quo modo intercidere potuerint intellegitur, et causa cur adderentur verba διὰ στενοχωρίαν infra posita esse poterant, quibus ipsis supervacanea fiunt; fortasse etiam aliquid cui πολλοὺς opponeretur requirebatur. Accedit ad suspicionem augendam, quod satis insolite collocata sunt. — Infra ex utroque cod. ante πνῖγος artic. τὸ addendus est. Melius Laur. ἐς ἀσθένειαν quam Vatic. ἐπ' ἀσθενείᾳ praebet, cf. adnot. Stahlii et Arr. Anab. IV, 8, 2 (Bloomfield.). — § 2 manus pr. Laur. ξυννενημένων recte praebere videtur, quod in ξυνενηνεγμένων (Vatic.) correxit manus sec. — Ante τοιούτῳ melius in Vatic. τῷ additur. — In § 3 in Vatic. part. μὲν post ἡμέρας oppositione adverbii ἔπειτα non intellecta, opinor, omissa est; in margine adscriptum est ἡμέρας μὲν, quae scriptura quanquam signo γράφεται non notata est haud dubie ex alio codice ducta est, eodem scilicet, unde librarius scripturas in γρ. adlatas petivit. — § 4 ante οἱ ξύμπαντες part. καὶ inepte addit Vatic.; in eodem cod. pro ἐξειπεῖν, verbo satis raro (cf. lexx.), usitatius εἰπεῖν substitutum est.

Liber VIII.

1, 1 scripturam Laurentiani μὴ οὕτω γε ἂν πανσυδὶ διεφθάρθαι restituendam esse censeo. Nihil enim infin. perf. cum ἂν apud ἠπίστουν positus offendit, cui in oratione recta respondet: οὐχ οὕτω γε ἂν διεφθαρμένον εἴη, cfr. II, 102, 6: ἐδόκει αὐτῷ ἱκανὴ ἂν κεχῶσθαι δίαιτα, et Krueg. ad h. l. Bekkerus, quem edd. recentiores secuti sunt, pro ἂν e Vatic. solo ἄγαν scripsit; sed in hoc codice pro πανσυδὶ πᾶν scriptum est, quod cum errore mero fieri vix potuerit, πᾶν pro rariore verbo πανσυδὶ substitutum et ἂν in ἄγαν correctum esse videtur. Neque satis placet coniunctio adverbiorum vi simili eaque gravissima praeditorum ἄγαν πανσυδί, cuius, si sententiam spectes, similitudinem fere nullam verbis I, 75, 1 positis: μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως, quem locum affert Bekk., inesse invenias. Vatic. γρ. cum Laur.

consentit. — Infra ἐπειδὴ δὲ (cett. ἐ. τε) in Vatic. scribitur, sed partic. adversativa hic non melius convenit; de partt. μὲν — τε coniunctis cf. Stahl. ad I, 144, 2, ubi sane Laur. δὲ praebet, ut est levissima in hac re codicum auctoritas. — In Vatic. est (ὁπόσοι τίς τότε) αὐτοῖς θειάσαντες; sed rectius, opinor, αὐτοὺς cum ἐπήλπισαν solo coniungitur (Stahl.). Pro ἐπήλπισαν, verbo insolito, in Vatic. ἔπεισαν substitutum est. — § 3 in Vatic. omittitur adv. ὅθεν, quo, cum ἂν pro ἐὰν Thucydides non posuerit, carere non possumus (Stahl.). — § 4 post ἐτελεύτα Vatic. τοῦτο addit, quod Classenius tamquam «für einen so verhängnissvollen Zeitabschnitt sehr angemessen» (sic scriptum legimus) recepit; sed deest in Laur., et cf. adnot. Stahlii. [In § 2 fortasse διπλασίους scribendum est, nisi cui forte verba καὶ ἐκ γῆς καὶ ἐκ θαλάσσης delere magis libeat.]

2, 1 Vatic. νομίζοντες praebet, sed aor. incohativus qui vocatur νομίσαντες hoc loco satis aptus est, nec ea res, quod post ἅμα in cett. codd. praeter Vatic. glossema ἡγούμενοι additum est, ad praesens tempus tuendum quicquam valet (Herwerd.). Post ἐλθεῖν in Vatic. solo additur partic. ἄν, quam repetitam loco I, 76, 4 adlato defendere sibi visus est Classenius; sed cum ibi partic. ἂν verbo regenti anteposita maiore spatio interiecto post infin. pendentem repetatur (cf. I, 136, 4), similitudo nulla fit. — § 2 in Vatic. soloece ὀργῶντας scribitur; idem ante οἷοί τ' inepte pron. αὐτοὶ addit, quod de Atheniensibus (ab sociis) destitutis dictum esse Class. statuit; sed melius abest, cf. adnot. Stahlii. — § 3 in Vatic. contra consuetudinem Thucydideam ἦν post verba ὡς εἰκὸς additur: cf. Stahl. ad VI, 72, 3. — § 4 minus apte in Vatic. πανταχόθεν δὲ scriptum est, cum res dictae hoc membro comprehendantur. Pro λογιζόμενοι in eodem est διαλογ., sed notio *ratiocinandi* hic minus convenit, nec alibi hoc verbo usus est Thucydides; praepositionem e διενοοῦντο quod praecessit repetitam esse probabiliter suspicatur Stahlius, nisi forte correctura subest, cf. VII, 77, 7.

3, 1 in Vatic. forma recentior (v. Meisterh. gramm. inscr. Att. p. 56) Μηλιέως scribitur; eadem in omnibus codd. IV, 100, 1 extat, ubi formam Μηλιῶς restituendam esse censeo. Vatic. μεμφομένους exhibet, cf. simile vitium Laur. VII, 50, 2; in eodem solo ante Θεσσαλῶν artic. τῶν additur, cf. ad III, 95, 1.

4, 1 Vatic. solus ante χειμῶνι inutiliter αὐτῷ addit, cf. 3,

1; 5, 1; sed post *τῷ* pronomen facillime excidere potuit, et saepius in tali sermone additur. — In eodem infra *εἴ τί που* (cett. *εἴ πού τι*) scribitur, cf. 69, 4 (ubi in Vatic. est *εἴ πού τι*); sed c. 5, 3 omnes *εἴ ποί* (Vatic. corrupte *που*) *τινα* exhibent. Cf. I, 132; III, 34, 4. Ante *ξυστελλόμενοι* Vatic. inepte artic. *οἱ* addit. Infra in utroque est *ἀποστήσωνται*; quod tamen apud *διεσκόπουν* repudiandum est.

5, 1 Vatic. male *ὡς ἐς τριακοσίους* praebet; idem mendum in Laur. 32, 2 est. — In § 3 Vatic. solus *εὐθὺς ἑκασταχόσε δεινὸς παρῆν*, cett. *αὐτὸς ἑκασταχόσε κτλ.* exhibent. Utra scriptura bonitate praestet, addubitari potest; mihi quidem paulo aptius Agis *ipse coram* sociis milites vel pecuniam imperans Lacedaemoniis in urbe morantibus opponi videtur, ut Laurentiano fidem maiorem habendam esse censeam. — In § 5 Vatic. ante *τροφὴν* ex interpretatione *ἱκανὴν* addit, cf. c. 58, 5. Infra in cett. pro *ἀποκτενεῖν* est *ἀποκτείνειν*, in Vatic. *ἀποκτεῖναι*.

6, 1 in Vatic. est *ὑπὲρ (τὸν αὐτὸν καιρὸν)*, quod ex *ὑπὸ* corruptum esse videtur. — § 3 ante verba *ἐς τὰ μάλιστα*, quae ipsa *ὑπερβαλλόντως* valere dicit schol., in Vatic. additur partic. *καί*, qua sermo nimius fit. — § 4 partic. *εἰ*, quae in Vatic. post *τἆλλα* repetitur, propter collocationem particulae *τε* molestior est. Idem rectius in § 5 fut. *πέμψειν* (cf. ad VII, 83, 4), sed infra (cum Italo) pro *δέον* formam recentiorem *δέοντος* exhibet.

7 Vatic. solus *ἅμα δὲ τῷ ἦρι τοῦ ἐπιγιγνομένου θέρους εὐθύς*, cett. (et Vatic. in *γρ.*) *τοῦ δ' ἐπιγ. θ. εὐθὺς* praebent. Pleniore formula Thucydides alibi (vid. adnot. Stahlii) utitur ille quidem; sed cum nihil esse videatur, cur verba *ἅμα τῷ ἦρι* abiecta sint (vix enim cuiquam *ver aestatis* offensioni esse poterat, quod fuisse suspicatur Stahlius), locum a correctore amplificatum esse potius crediderim. Infra restituenda est collocatio exquisitior Laurentiani *ἄνδρας Σπαρτιάτας ἐς Κόρινθον τρεῖς*, cf. III, 35, 1: *Σάλαιθον λαβὼν ἐν τῇ πόλει τὸν Λακεδαιμόνιον κεκρυμμένον*; in Vatic. verba *ἐς Κόρινθον* anteposita sunt, ut *τρεῖς* cum substantivo coniungeretur. — Scripturam *τῶν ξυμμαχικῶν* (*«Bundescontingente»*) loco Xenophontis (Cyrop. III, 3, 12) satis defendi recte adnotavit Kruegerus. Classenius e Vatic. *τῶν ξυμμαχίδων*, quae scriptura plurali *ξυμμαχικῶν* non intellecto, fortasse e c. 23, 5, irrepsisse videtur, recepit; sed vix

πόλεων intellegi licet (cf. 40, 1) et Thucydides potius *ξυμμαχίδες* solum posuisset (Poppo). Verba *τῶν ξυμμ.* pro spuriis habet Stahlius, sed originem glossematis parum credibilem proposuit. — Supra verbum *ἐπρεσβεύοντο* in Vatic. scribitur: *καὶ ἐπορεύοντο,* cf. adn. ad VII, 73, 1.

8, 2 scriptura Laur. *αὐτοὺς (πλεῖν)* ideo praeferenda est, quia dativus *αὐτοῖς* statim post *ἔδοξε* poni debuit; de acc. cum infin. locum III, 30, 1 conferri velim. Infra scriptura Vatic. *παρεσκεύαζεν* aptior est, cum Chalcideus illo tempore nondum e Lacedaemone profectus esset. Ceterum ad accus. *Ἀλκαμένη* e superioribus non *πλεῖν* (Stahl.), sed *ἔχοντας* audiri haud dubie recte statuit schol., cum eadem classis Chium, Lesbum, Hellespontum aditura esset. — § 3 etiam in Vatic. (in litura) *ἡμίσεας* (non *ἡμισείας*) scribitur, qua re fit, ut formam femin. in *-εα* desinentem, quam antiquissimae inscriptiones quae quidem extent (saec. IV, cfr. Meisterh. gr. inscr. Att. pp. 19, 66) comprobant, Thucydidi abiudicare paullum dubitem. In Vatic. *τὸν νοῦν μᾶλλον* est, sed cf. VII, 19, 5 (Stahl.). Idem cod. *ὕστερον ἐπιδιαφερομένας* abundantia satis molesta exhibet, in cett. est *ὕ. διαφερ.*; praepositio in Vatic. addita esse videtur (cf. ad VII, 16, 1), nisi forte glossema *ὕστερον* in cett. praepositionem ipsam expulit.

9, 2 in Vatic. est *διατριβῆς γιγνομένης,* sed cf. ad VII, 49, 4. Idem *ᾐσθάνοντο* exhibet; sed aoristus historicus h. l. satis aptus est, cf. c. 10, 1: *κατάδηλα μᾶλλον — ἐφάνη.* — In § 3 Vatic. solus *οἱ δὲ ὀλίγοι καὶ ξυνειδότες* praebet, quod praeferendum est, nisi forte in hoc et cett. post *-οι* artic. *οἱ* excidit, quo facto ut partic. *καὶ* adderetur proximum erat.

10, 1 post verba *ἐπηγγέλθησαν γὰρ* in Vatic. solo scholion *αἱ σπονδαὶ* additum est, quod propter pluralem *-θησαν* (de quo cf. Stahlii adn. crit. ad I, 126, 5) factum esse apparet; cum autem ludos ita ut indutiae simul indicerentur denuntiatos esse veri simile sit, his verbis facile caremus. Quod Classenius qui Vatic. sequitur scholiastam alia recensione atque ea, ex qua ductus est Vatic., usum esse dicit, explicatum velim, qua ratione ei qui verba *αἱ σπονδαὶ* in exemplari suo invenisset ea omittere in mentem venerit quove alio modo ea interciderint. Infra Vatic. male *Κενχρεῶν* praebet. — In § 2 veram scripturam

ὑπῆγον (cett. *ἐπῆγον*) servavit Vatic. — § 4 Laur. minus bene *προσβαλλόντων* exhibet, cf. VII, 82, 3.

11, 2 in Vatic. solo *ἔπειτ' ἔδοξεν* part. *δὲ* omissa scribitur, cf. ad VII, 66, 2. — In § 3 *Ἀλκαμένη* (Vatic.), quod propter collocationem verborum *ὑπὸ τῶν ἐφόρων* reiciendum est, fortasse itacismo debetur. In eodem est *ἐβουλεύοντο*, cf. ad VII, 72, 2.

12, 1 in Vatic. recte post *φθήσονται* partic. *τε* additur; idem *πρὶν ἤ*, formam non vere Atticam, et *τὴν τῶν Ἀθηναίων ξυμφορὰν*, quae verba perversa interpretatione orta esse videntur, exhibet. Scriptura eiusdem: *ὅτι ἦν — πείσει* (cett. *ὅταν — πείσειν*) correctori, qui transitione ab enuntiato obiectivo ad modum infinitum facta (cf. I, 87, 4 et Krueg. gramm. § 59, 2 adn. 10) offensus erat, haud dubie tribuenda est. Collocatio Laur. *λέγων ἀσθένειαν* an exquisitior sit dubito, cf. similem disiunctionem substantivi et genetivi inde pendentis VII, 2, 3; III, 37, 4, et participium interpositum III, 109, 2 (*διαβαλεῖν ἐς τοὺς ἐκείνῃ χρῄζων Ἕλληνας*); certe hanc transponendo mutare facilius alicui in mentem venire poterat. Infra Vatic. solus recte *πιστότερος*.

13 in Vatic. ante verba *ἀπὸ τῆς Σικελίας* artic. *αἱ* omissus est, fortasse ut ad *ἀνεκομίζοντο* referrentur; sed ad *νῆες*, cum antea commemoratae sint (cf. VI, 104, 1; VII, 7, 1), articulo inviti caremus; cf. infra *τῶν ἀπὸ τῆς Σ. νεῶν*. Idem solus *ξυνδιαπολεμήσασαι* (cett. *ξυμπολ.*) exhibet, quod certe satis convenit, quanquam nullo fere sententiae damno praepositio abesse potest. Praep. *ξυν-* in verbo *ξυγκαταδιωχθείσας* c. 28, 1 iure damnavit Class.

14, 1 *μὲν* partic. post *αὐτοὶ* posita, cum nihil opponatur, vix ferri potest, nec pronomen ipsum satis aptum est; an illa deleta *αὐτοῦ* scribendum est? — § 2 rectissime in Vatic. *γενομένων* pro *λεγομένων* scribitur. — § 3 *διαβάντες δὲ* ex utroque scribendum est; partic. *δὲ* in Vatic., nisi quid in enotando erravi, per compendium scripta est. Pro *οἱ Κλαζομένιοι εὐθὺς* in Vatic. est *εὐθὺς οἱ Κλ.*, quae transpositio adverbii propius participium admovendi causa facta esse videtur (cf. VII, 1, 4); contra in eodem infra collocatio *ἐν τειχισμῷ τε πάντες* (cett. *πάντες ἐν τειχ.*) magis placet.

15, 1 in Vatic. pro *μεθεστηκυίας* (cf. 76, 3) interpretamentum *ἀφεστηκυίας* positum est. Idem *οὐκ* ante *ὀλίγας* praebet, quod quidem usitatius est, neque tamen dubito quin *μὴ* servari

possit, cum infinitivus praecedat, cf. VII, 15, 1; nihil certe valet, quod infra *οὐ πολὺ ὕστερον* scriptum est, quae verba in formulam quandam transierunt. — § 2 melius Vatic. ante *προθυμία* artic. *ἡ* addit, cf. VII, 70, 7.

16, 1 in Vatic. solo post *ἅμα* omittitur partic. *καί,* quae ob verba *καὶ ὁ* praecedentia facile addi poterat; sed cf. VI, 99, 2: *καὶ ἅμα καί*; III, 112, 4, IV, 1, 3, V, 33, 1: *ἅμα δὲ καί*. Neque melius idem *τῶν* ante *Κλαζομενίων* addere videtur. — § 2 Vatic. *ἐξανήγετο* praebet; sed *προανήγετο,* quod in cett. extat, melius de Strombichide *antequam* naves Peloponnesiacae advenirent exeunte dicitur. Praep. *ἐξ-* ad repetitionem praepositionis *προ-(αισθόμενος)* evitandam substituta esse videtur, cf. ad VII, 2, 3; sed cf. II, 79, 6; IV, 33, 2. — § 3 Vatic. solus recte *οἱ πεζοὶ* exhibet. In eodem post *αὐτοὶ* partic. *τε* additur, quae cum de militibus *sua sponte,* reditu ducis non expectato, castellum diruentibus *αὐτοὶ* pron. positum sit, minime ferri potest. In reliquis codd. post *πόλεως* artic. *τὸ* deest, qui si de muro urbis Teiae ageretur (Stahl.) necessarius esset; sed rectius de castello quodam (cfr. c. 20, 2, ubi Stahlius verba *ἐν τῇ Τέῳ* expungit) intellexit Kruegerus, ut verba *τῆς Τηίων πόλεως* e locutione adverbiali *πρὸς ἤπειρον* pendeant, cf. eiusd. adn. ad II, 96, 4 et omnino Madvig. bem. u. e. p. d. griech. wortf. p. 73 sqq.

17, 2 post *τὰς* codd. praeter Vatic. *τε* addunt; causa particulae omittendae ea fuisse videtur, quod post *φθάσαι* poni debuit; sed traiectio lenissima est. — In fine capitis Vatic. corrupte *ἐγεγένητο* praebet.

18, 2 post *τοῦ πολέμου* in cett. intercidit artic. *τοῦ,* quem recte e scriptura Vatic. *τοὺς* elicuit Class. — § 3 *κατὰ ταῦτα* etiam Vatic. exhibet, quo in codice initium capitis sequentis haec verba faciunt.

19, 1 Vatic. *μετὰ δὲ τοῦτο,* cett. non minus bene *μετὰ δὲ ταῦτα* praebent, et cfr. 22, 1 et locus simillimus 59, 1.

20, 1 pro *ναυαρχία* est *ναυμαχία* in Vatic., qui mendum idem 33, 1; 39, 2; 85, 1 habet.

21 in Vatic. pro *δυνατῶν* scriptum est *δυνατωτάτων,* quod frustra defendit Classenius; subridicule enim putat, sescentos (*ἐς διακοσίους μὲν — τετρακοσίους δὲ*) partem solum potentissimorum fuisse, quasi potentes i. e. optimates multis partibus plures fuerint. Positivum, non superlativum etiam I, 24, 5;

II, 65, 2; III, 27, 3; 47, 3; V, 4, 3, paulo supra de optimatibus posuit Thucydides. Eandem scripturam etiam 48, 1; 63, 3 in Vatic. invenimus, quam correctura ortam esse ostendit repetitio. — Infra in eodem solo post *νειμάμενοι* legitur *κατεῖχον*, quod verbum a correctore coniunctione participii subiecto appositi et genetivorum absolutorum, quae usui Thucydideo maxime convenit (cf. Krueg. gramm. § 56, 14 adn. 2), non intellecta additum esse apparet; ceterum cfr. adnot. Stahlii.

22, 1. *οὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας ἄνευ τε Πελοποννησίων πλήθει παρόντες ἀποστῆσαι τὰς πόλεις καὶ βουλόμενοι ἅμα ὡς πλείστους σφίσι ξυγκινδυνεύειν*] quas difficultates in hoc loco inesse adnotavit Madvigius (adv. crit. I p. 333), explanatione a Stahlio prolata, cui assensus est Classenius, non magis quam transpositione verborum *καὶ βουλόμενοι* ab Herwerdeno facta dissolutae sunt. Durissime enim infin. *ἀποστῆσαι* cum locutione *οὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας* coniungitur, et sicut verba *ἄνευ τε — πόλεις* et *στρατεύονται — Λέσβον* inter se referri possunt, ita hoc in verbis *καὶ βουλόμενοι — ξυγκινδυνεύειν* et *ὁ πεζὸς κτλ.* per sententiam fieri minime licet. Krueg. infinitivum *ἀποστῆσαι* e participio *παρόντες* pendere statuit, quod non magis placet. Verbum *παρόντες* corruptum esse certissimum habeo; nec enim nostri satis similis est locus II, 11, 3 *(πλήθει ἐπιέναι)*, quem affert Stahlius. Quod autem Madvigius l. l. *πειθοῖ πειρῶνται* scribendum esse censuit, hoc propter verba quae sequuntur: *στρατεύονται κτλ.* minime convenit. Equidem etiam verbum *ἄνευ* corruptum esse potius putaverim, ut scribendum sit: ‚*ἅμα τε Πελοπ. πλήθει πειρῶντες κτλ.*‚ qua scriptura restituta inter se *ἅμα τε* et *καὶ — ἅμα* referuntur; quae particularum coniunctio et loco Platonis (Gorg. p. 497 b): *ἅμα . . τε — καὶ ἅμα κτλ.* et locis plurimis Thucydideis, quibus *ἅμα μὲν — ἅμα δὲ* ponuntur, satis defenditur. De activo verbi *πειρᾶν* cum infin. coniuncto v. lexica. Membra sermonis inverso ordine inter se referuntur. [Gertzius *παρόντ(ων ἀξιοῦντ)ες* conicit, qua in scriptura verba *πλήθει παρόντων* minus conveniunt.] — Infra in Vatic. est *Εὐάδας*, in Laur. (et Vatic. *γρ.*) *Εὐάλας*, quorum nominum neutrum alibi scriptum extat, ut utrum praestet vix diiudicari possit; hoc Stahlius qu. gr.$_2$ p. 53 praetulit.

23, 2 in Vatic. est *Χίαν μίαν ναῦν*, quae collocatio certe non melior quam vulgata *Χ. ν. μ.* est. Infra pro *ἑάλωκεν* idem

ἑάλω praebet, quod e § 4, ubi *ἑάλω* scribitur, illatum esse potest; melius enim post praesens historicum perfectum de re effecta ponitur, cf. III, 29, 1 (Stahl.). — § 4 Vatic. solus sanam scripturam *παραπέμπει* exhibet; in cett. est *παρέπλει*, ex *παρέπλει* infra posito, post quod iidem codd. verba *ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν* repetunt, ortum. Ceterum propter *ὥρμησεν* et *παρέπλει* malueris *παρέπεμπε*. — In § 5 post verba *τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν* adiectivum *πεζὸν*, quod collocatione ipsa suspectum fit, addit Vatic.; sed plane supervacaneum est nec satis veritati convenit, quoniam hic exercitus non proprie *πεζὸς*, sed classiarius fuit, cf. § 4.

24, 2 Vatic. solus post *τείχη* verbum *ἀπῆραν* exhibet, quod a correctore cum verba *ἔκ τε Οἰνουσσῶν κτλ.* cum *ὁρμώμενοι* cohaerere non intellexisset additum esse apparet, nisi *ἀπῆραν* ex *ἀνῄρουν (ἃ εἶχον — τείχη)* corruptum est, quam in partem interpretatio Vallae *(quos muros in terra habuerunt diruerunt)*, qui codice cognatione quadam cum Vatic. coniuncto usus est (cf. ad VII, 81, 3), ducit; cf. tamen adn. ad VII, 36, 5. Verba *καὶ ἐκ τῆς Λέσβου* post illa *τὰς ἐκ Λέσβου Ἀθηναίων ναῦς* satis molesta iure fortasse expunxit Classenius [Gertzius tamen c. 44, 3 et c. 100, 2 conferri satis apte iubet], sed in origine glossematis explicanda parum placuit. — § 3 scriptura Vatic. *Βολίσκῳ* (Laur. et Vatic. *γρ. -σσῳ*) testimonio Herodiani firmatur. — § 4 dubito scripturane Vatic. *ηὐδαιμόνησάν τε* vulgatae *εὐδαιμονήσαντες* praeferenda sit; nihil enim obstat, quin etiam participium aoristi sensu incohativo positum esse putemus (cf. adnot. Kruegeri), ut vertatur: cum beati facti *sunt* (non: *essent*), simul etiam etc. Illud unum scripturam Vatic. commendat, quod *ηὐ-* scriptum est, cum saepissime in verbis ab *εὐ-* incipientibus augmentum omiserint codd.[1], qua omissione facta mendum facile oriri potuit. — Infra pro *τόσῳ* idem *τοσῷδε* praebet, quod ne in *τόσῳ δὲ* (cf. I, 37, 5) corrigatur, *καὶ* partic. addita prohibet. — § 5 in Vatic. post *ξυμμάχων* verba interpolata *μεθ' ὧν* leguntur; recepit ea Classenius, quem copiose in adnot. refutavit Stahlius.

---

[1] Velut in ultimis verbis Phaedri Platonis (p. 279 c) *καὶ ἐμοὶ ταῦτα συνηύχου* (vulg. *συνεύχου*) scribendum esse videtur, qua demum scriptura restituta verba quae sequuntur: *κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων* sanam sententiam praebent.

Ceterum ex utroque *καὶ ἀγαθῶν* (vulg. *κἀγ.*) scribere praestiterit, cf. Stahl. qu. gr.$_2$ p. 35. Infra Vatic. *ξυγκινδυνεύειν,* Laur. *κινδυνεύσειν* exhibent; *ξυν-* praep., cum VI, 105, 2 in Vatic. eodem solo addatur, suspectior fit, de futuro cfr. adn. ad VII, 83, 4. — Pro *ξυναιρεθήσεσθαι* in Vatic. scribitur *ξυναναιρεθήσεσθαι,* quod cum *una destruendi* notionem habeat (cf. Lycurg. in Leocr. 60) minime defendi potest; sed aptissime de potentia Atheniensium deficiente *ξυναιρεῖν,* cui verbo significatio *conficiendi* (II, 51, 3), *consumendi* (Dio Cass. XXXVII, 13, 2) inest (Arnold.), dictum est. Stahlius *ἀναιρεθήσεσθαι* scribens syllabam *ξυν-* e verbo *ξυνέγνωσαν* quod sequitur ortum esse suspicatus est; sed correcturam ($\overset{\text{αν}}{\text{ξυναιρεθήσεσθαι}}$) in archetypo Vaticani fuisse veri multo similius est, cf. ad VII, 26, 3. — § 6 Vatic. *πρὸς τοὺς Ἀθηναίους* exhibet, sicut in § 2 *τὰς ἐκ τῆς Λέσβου.*

25, 1 pro *Σκιρωνίδου* Vatic. praebet *Κιρωνίδου,* sicut c. 54, 3; sed hoc nomen nusquam alibi, illud etiam [Demosth.] LVIII, 17 extat. — § 2 ante *ξυμμάχοις* in Vatic. solo artic. *τοῖς* additur, sed cf. v. c. VII, 82, 1: *τοὺς Ἀθηναίους καὶ ξυμμάχους.* — § 3 pro *προεξάρξαντες,* quod Laur. fere solus exhibet, in Vatic. est $\overset{\text{α}}{\text{προεξαΐξαντες}}$ (cett. *προεξάξαντες*), quam scripturam loco Herodoti (IX, 62) allato defendunt edd.; sed sicut illic verbum *προεξαΐσσειν* optime de singulis militibus ex ordine *prius prorumpentibus* dictum est, ita nostro loco *προεξάρχειν,* quod verbum recentiores quoque usurparunt (cfr. Lobeck. ad Phrynich. p. 287), de uno exercitus cornu ante ceteros *pugnam incipiente* commodissime positum est. — § 5 Vatic. solus pro *ἀμφοτέρων* praebet *ἀμφοτέρωθεν,* quod adverbium genetivo partitivo non intellecto substitutum esse apparet; optime enim dicitur: *Iones utriusque exercitus,* cf. IV, 61, 2: *οἱ — Δωριῆς ἡμῶν.*

26, 1 in omnibus codd. praeter Vatic. *ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας* scribitur, qui verborum ordo eo quem Vatic. praebet (*ἀπὸ Σ. καὶ Π.*) hoc melior est, quod Peloponnesiorum naves (triginta tres) plures quam Siceliotarum (viginti duae) erant. Transpositio ideo facta esse videtur, quia in proximis Siceliotarum priorum mentionem facit scriptor. Post *ξυνεπιλαβέσθαι* in cett. *καὶ* intercidit; quanquam minime necessaria h. l. particula est. Recte *Θηριμένει* scripsit Bekkerus, quam formam Laur. 29, 2; 38, 1; 43, 3; 52, 1 servavit; Vatic. ubique *Θηραμ.* ex-

hibet. — Infra scriptura Vatic. *Λέρον* (cett. *'Ελεὸν*) vera esse videtur, quanquam verba addita *τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον* ad situm Leri insulae non optime conveniunt, cf. interprett. — § 3 in Vatic. adverbium *οἶπερ* genetivo partitivo *τοῦ κόλπου* non intellecto in *οὗ ὑπὲρ* correctum est.

27, 2 in Vatic. *ἔσται* in *ἐξέσται* interpretandi causa mutatum est, sicut supra in omnibus *ἔξεστιν* additum legimus. Pro *παρασκευασαμένοις* in Vatic. est *παρεσκευασμένοις,* quod propter verba anteposita *καθ' ἡσυχίαν* minus convenit, cfr. adnot. Stahlii; qui tamen rectene coniecturam Dobreei, facilem illam quidem, *-νους* receperit dubito; dativus enim post accusat. *εἰδότας* positus et multis verbis interiectis et ea re, quod proxime subsequitur verbum *ἔσται,* excusatur. — Post *ἀγωνίσασθαι* idem solus verba *ὅποι τε βούλονται* addit, quae et propter *ὅποι* (*ὅπου* coniecit Poppo) et ob partic. *τε* ferri nequeunt; Stahlius *ὁπότε βούλονται* scripsit, et sic scripta fortasse ad verba *ἐν ὑστέρῳ* adscripta fuisse possunt; spuria enim ea esse collocatione ipsa veri similius fit. — § 3 Dobreeus melius *ἂν* post *τὴν πόλιν* addidit; cett. edd. *καὶ (τῷ μεγ.)* in *κἂν* correxerunt, quod propter collocationem particulae *ἂν* ad utrumque dativum pertinentis minus placet. — Infra Laur. paene solus verba *καθ' ἑκουσίαν* omittit, quae spuria esse videntur. Opponuntur scilicet inter se *μετὰ βεβαίου παρασκευῆς* et *ἢ* (quod idem atque *εἰ δὲ μὴ* valet, cf. Krueg. ad I, 78, 4 (3), ubi Stahlius auctoritate Laurentiani spreta interpretamentum *εἰ δὲ μὴ* in cett. codd. substitutum retinere non debuit[1]) *πάνυ γε ἀνάγκῃ,* qua antithesi non intellecta *καθ' ἑκουσίαν* additum est, quod adiectivo *προτέρᾳ* sequente plane supervacaneum est. Dobreeus verbis *καθ' ἑκουσίαν* omissis *καὶ πάνυ γε ἀνάγκῃ* scribi voluit; sed talia dicens Phrynichus de potentia Atheniensium nimium detraxisse videtur, neque sic

---

[1] Qua particulae *ἢ* vi parum intellecta locum sanissimum [Xenophontis] de rep. Athen. II, 12 edd. certatim corrigendo temptaverunt, cuius haec sententia est: *accedit, quod* (Athenienses ceteras civitates) *ad alios, quicumque nobis adversarii sunt, importare non sinent; nam* (nisi non sinent i. e.) *si sinent, imperio maris non utentur.* De coniunctione adv. *ἄλλοσε* et relat. *οἵτινες* cfr. Thucyd. V, 18, 7 *(ἄλλοθί που, ἧς 'Αθηναῖοι ἄρχουσιν),* Plat. Lach. 181 e: *ἄλλοθι . . ἐν οἷς,* Isocr. VII, 39: *ἐνταῦθα . . παρ' οἷς;* vid. etiam Gertz. ad Sen. de benef. VII, 3 (p. 255), Madv. gr. Lat.[2] § 317 adn. 2, Krueg. gramm. § 66, 3 adn. 2.

origo additamenti explicatur. — In § 4 omnes praeter Vatic. *(καιρὸς) εἴη* praebent, Vatic. *ᾖ* exhibet; illud fortasse retineri potest, cf. VII, 48, 3.

28, 2 in cett. praeter Vatic. post *-κὰς* artic. *τὰς* intercidit. Ceterum *ἀλλ' ἤ* scribendum est, cfr. adn. mea in Ephem. Philol. Septentr., n. s., VII p. 296. — § 4 Vatic. solus post *τὸν Ἀμόργην* glossema *τὸν Πισσούθνου* addit.

29, 1 Vatic. melius *δώσειν ἔφη* praebet (cett. *ἔφη δώσειν*), nisi forte *ἔφη* glossema est, quod verbum IV, 28, 4 in omnes codd. praeter M. irrepsit (cf. ad VII, 21, 4). — § 2 in eodem correctura insulsa *οὐκέτι ναύαρχος ὢν* scriptum est; neque enim umquam Therimenes *ναύαρχος* fuerat, cf. c. 26, 1. — Infra Madvigius (Adv. crit. I p. 333) veram scripturam *πεντήκοντα τριάκοντα* restituit, cuius vestigium in Laur. *π. τρία* praebente (Vatic. *π.*) extat. In fine capitis haud dubie *ὅσαι πλείους* scribendum est; nihil enim sequitur, quod dativo *ὅσῳ* aut in verbis aut ad sententiam apte respondeat.

30, 1 pro *τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις* in Vatic. paene solo correctura *οἱ — Ἀθηναῖοι* scriptum est, cf. I, 72, 1 et Krueg. ad h. l. — Idem minus commode *προαφιγμέναι* exhibet; item dubito rectiusne *καὶ τὰς ἄλλας πάσας* praebeat, quod fortasse e scriptura vulgata *πάσας καὶ τὰς ἄλλας* corrigendo ortum est. — In § 2 tres scripturae in codd traditae sunt; Laur. *ἀγαγόντες — λαχόντες,* Vatic. *γρ. ἀγαγόντες — λαβόντες* (cf. ad. VII, 73, 1), Vatic. cont. *ἀπολιπόντες* (*ἐν* om.) — *λαβόντες* praebet, quarum scripturarum tertia e secunda correctura facta esse videtur. Pro *ἀγαγόντες* Krueg. *ἄγοντες* restituit.

31, 4 pro *ἐσβαλόμενοι* in Vatic. est *ἐσβαλλόμενοι,* quod parum convenit.

32, 1 in Vatic. exquisitius scribitur *Λεσβίων ἀφικνοῦνται πρέσβεις* (cett. *Λ. π. ἀ.*); idem solus ante *ἀποστῆναι* adv. *αὖθις* exhibet, quod ut adderet vix cuiquam in mentem venire poterat; cf. tamen VII, 79, 4. Post *χειμασθεισῶν* in eodem cod. verba *καὶ πλανηθεισῶν* scripta sunt, quae certe scholiastes interpretans: *ἤγουν διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος* in exemplari suo non invenerat. Scriptura eiusdem *ἄλλοι* correcturae suspicione non caret. — § 3 Vatic. solus artic. ante verba *Ἀστύοχος* et *λόγον* praebet; *προσφέρειν λόγον* articulo omisso III, 109, 1 positum est.

33, 1 artic. *τῶν* ante *Κορινθίων* om. Vatic.; in eodem scri-

bitur ἔχων ἦλθεν, sed Thucydides fere semper haec verba ita collocata ponit, ut participium ἔχων et obiectum eius verbo ἦλθεν interposito separentur, v. 8, 1; 27, 4; I, 9, 2; V, 7, 5; VI, 37, 2; IV, 70, 1 (hunc locum in contrariam partem perperam traxit Stahlius ad I, 9, 2); cf. III, 51: ὡς οὐδὲν ἦλθον πράξαντες. — De verbis ὑπὸ νύκτα (§ 3), quae in Vatic. solo extant, idem fere valet quod supra (ad 32, 1) de adv. αὖθις dixi. — § 4 pro πρὸς αὐτὸν in Laur. (et Vatic. γρ.) corrupte παρ' αὐτῶν scribitur, unde scriptura Vatic. ἀναζητήσαντες παρὰ τῶν κτλ. originem duxisse videtur.

34 in Vatic. est ὡς εἶδον, in Laur. ὥσπερ ἰδόντες, quarum scripturarum originem ὥσπερ εἶχον ἰδόντες fuisse quae in ὥσπερ εἶδον ἰδόντες corrupta sit suspicatur Stahlius. Sed locutionem ὥσπερ εἶχον sicut adv. εὐθὺς (cf. Krueg. gramm. § 56, 10 adn. 3) participio sequente positam nusquam me legere memini (nam dissimilis est locus Xen. Anab. IV, 1, 19, cuius similes plurimi sunt); quam ob rem Thucydidem ὥσπερ εἶδον scripsisse et haec verba in Laur. glossemate ἰδόντες recepto corrupta, in Vatic. ὥσπερ in ὡς correctum esse potius crediderim; cf. c. 23, 3 et ad VII, 81, 2. [Gertzius ὥσπερ εἶχον scriptum fuisse suspicatur.] — Infra ἐπεδίωκον, quod codd. praeter Vatic. (ἐδ.) praebent, ideo repudiavit Stahlius, quod ἐπιδιώκειν *fugientes* vel *fugatos insequi* esset; sed vid. III, 33, 3; 111, 3; Xen. Anab. IV, 1, 16, neque quod discrimen significationis esse statuit, quicquam veri habere videtur. In Vatic. omittitur καλούμενον, quo verbo propter collocationem verborum inviti caremus.

35, 2 artic. τῇ (Μιλήτῳ) Vatic., § 3 artic. τῷ (Τριοπίῳ) Laur. omiserunt. — § 4 Vatic. solus ἀπελθόντες recte exhibet.

36, 2 in Vatic. est ἔτι Θηριμ. παρόντος, in cett. ἐπὶ Θηρ. π.; illa scriptura loco c. 38, 1, ubi de profectione Therimenis narratur, commendari videtur, sed fortasse usus paulo rarior praepositionis ἐπὶ participio addito positae (v. Matthi. gramm.$_3$ § 565, 1) causa corrigendi fuit. Collocationi insolitae partic. ἔτι haud ita multum tribuo.

38, 1 partic. δὲ Vat. omittit, qua re asyndeton non ferendum oritur; contra fortasse melius in Laur. post Θηριμένης partic. μὲν abest, cum verba praeposita μετὰ δὲ κτλ. ad utrumque membrum non aeque pertineant. — § 2 Vatic. melius κρατοῦντες καὶ γῆς quam Laur. κρατ. τῆς γῆς praebet; sed paulo

infra consuetudini Thucydidis convenientius (cf. lex. Betantii) *ἐκ γῆς* in Laur. (artic. addit Vatic.) scribitur. Ceterum cum *ΤΗΣ* et *ΓΗΣ* eodem fere modo in codd. scripta sint, facile dittographia vel omissione errari poterat. — § 3 ante *Τυδέως* et § 4 ante *Πεδάριτος* in Laur. artic. additur, qui hoc saltem loco satis aptus est. — § 5 pro *ἐπεὶ* in Vatic. est *ἐπειδή*, quod hic, ubi in narratione progressus non fiat, minus convenire recte adnotavit Stahlius; idem cod. certe non melius *ἀποχωροῦντες* praebet.

39, 1 in Laur. praepos. verbi *ἐπέπλει*, quod hic unice aptum est, intercidit; cf. 107, 1. — § 3 in Vatic. est *προσέβαλλον*, sed ex iis quae infra sequuntur *(ἐκ τῆς Μήλου)* eos re vera naves appulisse apparet, ut *προσέβαλον* praeferendum sit, cf. ad 31, 4. Idem cod. verbum *κενὰς* omittit, quod spurium esse vix crediderim; etiam artic. *αἱ* ante *διαφυγοῦσαι* deest, quo carere non possumus.[1] — Infra pro verbis *ἐν τῇ Σάμῳ* in Laur. verba *ἐν τῇ νήσῳ* scripta sunt, quae infra pro *ἐν τῇ Μιλήτῳ* (§ 4) in Vatic. scripta legimus, ut origo discrepantiae communis esse videatur; cum autem haec verba illo loco posita intellegi possint, in hac codicum inconstantia Laurentianum sequi fortasse praestiterit. Ceterum fortasse *πλεῖον* (vel *πλέον*) i. e. *μᾶλλον* scribendum est, cf. Krueg. ad III, 67, 5 (3); collocatio enim adiectivi *πλείω* satis insolita offendit (*«τὸν πλείω?»* Krueg.) et verbis proxime antecedentibus cursum longiorem factum esse satis dictum est. *Πλε(ι)ον* in Laur. VII, 63, 3 in *πλείω* transiit. — § 4 ante genetivum finalem *(τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι)*, qui apud Thucyd. satis frequens apparet (cf. Krueg. ad I, 4), adverbium *χάριν*, quod cum infin. nusquam iunxit neque omnino nisi V, 70, 1 posuit Thucydides, in Vatic. correctura additum est.[2]

40, 1 in Vatic. pro *πέμποντες* sribitur *πέμψαντες*; sed participium praesentis temporis de legationibus saepius missis (cf.

---

[1] Similiter I, 122, 2 in omnibus codd. praeter Laur. ante *διαφοραὶ* artic. *αἱ* excidit, quo addito controversiae quae Peloponnesiis cum Atheniensibus intercedebant accuratius significantur.

[2] Idem genetivus finalis VI, 8, 3 restituendus est, ubi mire infinn. *γίγνεσθαι* et *ψηφισθῆναι* cohaerent; neque enim ideo illa contio habita est, ut *qua ratione (καθ' ὅ,τι)* cetera quae opus essent decernerentur deliberarent, sed ob id ipsum, ut decernerentur. Scriptum fuit: *καὶ (τοῦ) τοῖς στρατηγοῖς κτλ.*

38, 4) melius dicitur (Stahl.). — § 2 pro αὐτομολίᾳ τε ἐχώρησαν (Vatic.) in Laur. scribitur α. τε ἐχρήσαντο, quod an restituendum sit dubito. Neque enim χωρεῖν verbum ipsum neque verba significatione simili praedita dativo addito vulgo ponuntur; contra usus periphrasticus verbi χρῆσθαι consuetudini cum Graecae tum Thucydideae convenit. Affertur ad dativum excusandum locus I, 90, 1: ἦλθον πρεσβείᾳ; ubi Laur. melius πρεσβείαν exhibet, cf. Dem. XIX, 163: ἀπήραμεν τὴν πρεσβείαν et Krueg. gramm. § 46, 5, Thuc. I, 15, 2. Similiter III, 81, 2 in codd. fere omnibus ἀπεχώρησαν pro ἀπεχρῶντο vel ἀπεχρήσαντο extat. — Ante πολλοὶ in Laur. deest articulus, qui non desideratur.

41, 2 pro ἐκπορθεῖ in Vatic. scribitur ἐπόρθει, sed cf. IV, 57, 3.

42, 2 Vatic. minus bene collocationem ὄντος ἤδη praebet. Verba τὰς ἀπὸ τῆς Καύνου, quae male cum pronom. ταύτας iunxisse videtur Krueg., fortasse delenda sunt; sed vocabulum ναῦς in suspicionem vocare non debuit Herwerd., quod satis tuetur collocatio.

43, 1 pro προσβαλόντες in Vatic. interpretamentum προσπλεύσαντες positum est, cf. adn. Stahlii. — § 2 post ἅπασαι δ᾽ἤδη Vatic. solus ἅμα addit, quod plane abundat, cf. VI, 42, 1; Stahlius IV, 30, 4: ἅμα γενόμενοι affert, sed ἅμα οὖσαι saltem poni debuit. — § 4 post σπένδεσθαι in Vatic. ξυνθήκας scribitur, quod quin insiticium sit non dubitari potest. Neque enim, si σπονδὰς auditur, ideo τρίτας pro ἑτέρας (cf. c. 57, 2) poni necesse erat, id quod vult Class., cum de condicionibus, non de numero agatur et foederi pristino (c. 37), quod solum tunc valebat, novum quod facturi erant opponatur; ceterum verba σπονδὰς et ξυνθήκας ad sententiam nihil inter se differunt.

44, 1 verbum ἐπικηρυκευομένων genetivum absolutum impersonaliter positum esse rectissime statuit Class., cf. adn. mea ad III, 82, 1; nam si genet. ἀνδρῶν ad ἐπικηρυκευομένων referendus esset, haud dubie antepositus fuisset, cum genetivo τῶν δυνατωτάτων addi minime necesse esset. Corrector Vatic. hoc usu rariore non intellecto ἐπικηρυκευόμενοι substituit. — Correcturam lenissimam πεζῶν (codd. πεζῶι), quam praecepit Class., aspernari non debuit Stahlius. Diversum mendum infra (§ 2) corrigendum est, ubi codd. πρὸσ τὴν i. e. πρώτην exhibent, quod πρώτῃ esse debet; in Vatic. correctura πρῶτον scriptum est,

sicut c. 100, 3, ubi discrimen significationis verborum *προσέβαλον* et *ἀφιστᾶσι*, quod premit Stahlius, tantum non sit, ut *πρώτῃ* poni non potuerit. — § 2 et Laur. et Vatic. *Καμίρῳ* praebent, cf. Meisterh. gr. inscr. Att. p. 26. Vatic. *ἔφυγον* exhibet; sed Camirios fuga destitisse ex iis quae sequuntur apparet; cf. etiam III, 98, 1. Post *Λίνδου* in Vatic. partic. *τε* intercidit. — § 3 in Vatic. est *ἐπέπλευσαν*, quod parum aptum est, cum quos invaserint Athenienses non dictum sit. Paulo post idem *ἐπεφάνησαν* exhibet, cui verbo dativus saltem *τοῖς πολεμίοις* vel simile aliquid (cf. 42, 3) addi debuit; ceterum cf. adnot. crit. Stahlii.

45, 1 post *Ἀλκιβιάδης* Vatic. *τε* partic. inepte addit, sicut cett. § 3 post *Ἑρμοκράτης*. Praepositio *ἀπὸ* (*ἀπ' αὐτῶν*) pro *παρὰ* posita loco 51, 1 (*παροῦσαν ἀπὸ τοῦ Ἀλκ.*) defenditur illa quidem; sed cum verbis *ἐκ Λακεδαίμονος* sequentibus verba *ἀπ' αὐτῶν* abundent, dubito an e Laur. scribendum sit: *ἐπ' αὐτῶν*, *super ea re, eam ob rem* (sc. suspicionem); cf. Krueg. gramm. § 68, 40 adn. 5 et Madv. synt. § 73, 3 d. — Partic. *καὶ* ante *τῷ Ἄγιδι* positam, quanquam per verbum *ἐφαίνετο* quod abundanter sequitur eam poni licuisse recte adnotat Stahlius, tamen cum in Vatic. solo extet omittendam esse censeo. — In § 2 verba *ἀπολείπωσιν οὐχ ὑπολιπόντες* codd. fere omnes praeter Vatic. in *ἀπολιπόντες* conflaverunt. — § 3 in omnibus codd. post *ἐδίδασκε* irrepsit *ὥστε*, quod delevit Reiskius; cuius particulae repetitioni molestae altero *ὥστε* (post *πεῖσαι*) deleto corrector Vaticani mederi voluisse videtur, sed apud verbum *πείθειν* Thucydidi *ὥστε* usitatissimum est. v. lex. Betant. — Ante verba *πλὴν τῶν Συρακοσίων* lacunam statuerunt Stahlius et Herwerd.; ille: «male», inquit, «hoc antecedentibus continuatur, quasi Syracusanis ducibus Alcibiades persuaderi noluerit.» Suffecerit tamen, opinor, imperf. *ἐδίδασκεν* in aor. *ἐδίδαξεν* corrigere, qua scriptura ducibus re vera persuasum esse significatur, tamquam si *διδαχθεὶς* — *ἔπεισεν* scriptum fuerit. cf. Herod. III, 48; cf. § 2: *τήν τε μισθοφορὰν ξυνέτεμεν* et § 4 *τάς τε πόλεις* — *ἀπήλασεν*. [Gertzius *πεῖσαι, ὥστε ξ. (πάντας) ταῦτα αὐτῷ πλὴν κτλ.* scriptum mavult.] — Verba *στρατηγὸς ὢν*, quae Vatic. solus adiectivo *μόνος* omisso exhibet, ad genetivum *τούτων* supplendum addita esse videntur; certe abundant. Quod autem Stahlius (in adnot. crit. ed. ster.) *τούτων μόνος*

verbis πλὴν τῶν Συρακοσίων non convenire contendit, haec quae videtur esse repugnantia verbis ὑπὲρ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ additis prorsus dissolvitur; ceterum pron. τούτων cum nomine Ἑρμοκράτης (cf. Krueg. gr. § 47, 9 adnot. 1), non cum adiectivo μόνος coniungi collocatio, opinor, iubet. In Vatic. παντὸς scribitur; sed talem similitudinem verborum iuxta positorum Thucydides vitavisse non videtur, cf. adn. ad 16, 2 et 16, 1: Σαμίαν μίαν, et adi. ξύμπας hic aptissimum est. — § 4 artic. τῆς, quem ante ἐκείνων om. Laur., abesse vix potest (cf. tamen ad VII, 8, 2); idem de hominibus hoc ipso tempore periclitantibus, non postea demum periclitaturis melius κινδυνεύειν quam Vatic. κινδυνεῦσαι exhibet. — § 5 post πρότερον Vatic. solus ἢ servavit; idem καὶ νῦν καὶ τοσαῦτα exhibet, quod cum καὶ postea sequatur minus placet.

46, 1 cur collocatio Vatic. διαλῦσαι τὸν πόλεμον (cett. τὸν πόλ. διαλ.) praeferatur nihil video. Idem solus satis apte post ἐξεῖναι adv. ἀεὶ exhibet, quanquam abesse potest; cf. ad 48, 4 extr. Thucydides ipse potius ἐπὶ τοὺς ἀεὶ κτλ. scripsisset, cf. VI, 18, 2; VII, 57, 9. — § 2 in Vatic. est ξυγκαθαιρήσειν, sed in oratione obliqua infinitivum in enuntiato relativo quod consilium indicet poni vix licet (cf. Madv. synt. § 169, a). — § 3 in Laur. est ἐπιτηδειοτέρους δὲ, quod scripturae Vatic. ἐ. τε vix postponendum est, cum disputatio Alcibiadis hoc membro addito continuetur, non finiatur (§ 4). Infin. εἶναι, quem omittit Vatic., carere non possumus. — In Vatic. σφίσιν αὐτοῖς part. τε omissa male scribitur; idem ἐκεῖνος exhibet, quod ex ἐκείνοις corruptum esse videtur, veram scripturam ἐκείνῳ manus pr. Laur. praebet. Ceterum verbum ξυγκαταδουλοῦν, cum nec praepositionem ad ἐκείνῳ solum referri liceat (Abresch.) nec Athenienses *cum Persis coniuncti* sibi ipsi regionem maritimam subacturi essent (Stahl.), *simul subigere* valere videtur. [Post ἐφίεσθαι partic. καὶ intercidisse satis probabiliter suspicatur Gertzius.] In loco difficili: ἢν μή ποτε αὐτοὺς μὴ ἐξέλωσι κτλ. Madvigium (adv. crit. I p. 334) alterum μὴ delentem sequor, sed prorsus aliter interpretor: *nec veri simile esse Lacedaemonios, hoc tempore Graecos a dominatione Graecorum liberare conantes, ab illis eos, nisi quando eos* (Lacedaemonios) *evertissent* (Persae), *non liberaturos esse.* — § 5 fortasse exquisitior collocatio Vatic. φάσκων ναῦς (cett. ναῦς φάσκων) est; in eodem male

scribitur ἥκειν. In fine capitis Vatic. solus ξυνεπολέμει exhibet, quod cum verbum aliquod in προθύμως corruptum esset additum esse suspicor; nam prorsus insolite advv. καταφανέστερον et *(οὐ)* προθύμως iunguntur. Fortasse fuit προθυμούμενος (προθυμῶν fingere vereor), aut coniectura Dukeri πρόθυμος recipienda est. Ceterum Valla, si quidem cum cura vertit *(quam ut occultaret, se non libenter illis sociis gerere bellum)*, non ξυνεπολέμει, sed ξυμπολεμῶν legisse videtur.

47, 2 in Vatic. pro προσπέμψαντος scribitur προπέμψαντος, quod non praestat, cum Alcibiadem *antea* misisse aoristo posito satis significatum sit, cf. VII, 3, 1. — Infra reflexivum ἑαυτὸν (ἐκβαλούσῃ) ut gravius recte praetulit Stahlius; in Vatic. est αὐτὸν.

48, 1 Vatic. solus post ὕστερον exhibet ἦλθε, quod a correctore cum verbum ἐκινήθη *(motum est)* per zeugma quoddam ad verba ἐς τὴν πόλιν quoque pertinere non intellexisset additum esse veri simillimum est. Cf. c. 100, 2: εἰ ἄρα ποι κινοῖντο αἱ νῆες. Infra partic. καὶ, quam ante Τισσαφέρνους omnes codd. praeter Vatic. addunt, insolentius collocata est (debuerunt enim sic verba poni: πρῶτον μὲν καὶ Τισσαφ., cf. 47, 2: τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβ. κτλ. et Krueg. ad VII, 12, 1), ut vix retineri possit. — Scriptura Vatic. δυνατώτατοι verbis quae sequuntur: οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα, quae in optimates omnes, non solum in validissimum quemque cadunt, satis redarguitur, cf. ad c. 21. — In § 3 praep. παρὰ, quam Vatic. solus ante βασιλέως addit, inviti caremus; cuius tamen addendae causa concursio genetivorum submolesta esse poterat, nec quo modo intercidere potuerit facile intellegitur. — Vatic. male ἐκοινώνησαν praebet; in eodem τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβ. scribitur, ut sine idonea causa (ἐφαίνετο enim quod sequitur impersonaliter positum esse potest [cf. V, 14, 4]) Classenius scripsit. Aliter § 7 τῶν ἀπὸ Ἀ. — πρασσομένων dictum est. — § 4 codd. fere omnes praeter Vatic. ante οὐδὲν μᾶλλον partic. καὶ inserunt, quae fortasse ante δημοκρατίας transponenda est, cf. ad VII, 69, 3. Vatic. solus οὐδ' (ἄλλο τι) praebet (cett. ἤ), quod cum in ἤ transire vix potuerit ideo substitutum esse putaverim, quia negatio anteposita (οὐδὲν μᾶλλον), non ad ἐδόκει relata est; sed cf. V, 105, 1: οὐδὲν γὰρ — δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν. — Scriptura et Laur. et Vatic. ἑτέρων (vulg. ἑταίρων), cum illud ipsum Phrynichus

urgeat, Alcibiadis non interesse, utris adiuvantibus revocetur, praeferenda est; similiter III, 73 de *factione diversa* dictum est. Ante *περιοπτέον* corrector Vatic., significatione verbi *περιορᾶσθαι* non perspecta (schol. *περιαθρητέον, σκεπτέον*), *οὐ* partic. addidit. — Infra nescio an *ὁμοίων* (codd. *ὁμοίως*) scribendum sit, in quod iam Reiskium (hoc melius quam *ἰσχυόντων*, quod Herwerd. recepit, conicientem) incidisse video, cf. IV, 126, 5; nam loci quos ad adverbium tuendum affert Stahlius nihil parumve similitudinis habent. Particula *καὶ* ante *Πελοπ.* posita, quam deleri iussit Dobreeus, *praesertim* valet. — Ante *ἐλαχίστας* codd. praeter Vatic. solum consuetudini Thucydideae convenientius artic. *τὰς* omittunt, cf. I, 2, 6; 15, 1; II, 18, 3; 21, 3; IV, 59, 1. — Ante *πέπονθεν* satis inutiliter in Vatic. *πω* additur; cfr. *ἔτι* partic. c. 29, 2 addita. — § 5 scriptura Laurentiani *μεθ' ὁποτέρου ἂν τύχωσι τούτου* recipienda esset, nisi omissio praepositionis, quae intervallo minimo vix excusari potest, offenderet, cf. Krueg. gramm. § 51, 11. — § 6 in Laur. est *νομίσειν*, quod futuro *βουλήσεσθαι* quod praecedit satis convenit; sed *νομιεῖν* esse debuit et cf. § 7: *ὅτι οὕτω νομίζουσιν.*

49 in Laur. sicut semper infra *Πίσανδρον* (in *Πεισ.* corr. manus sec.) scriptum est, quae scriptura fortasse rectior est; quanquam C. I. A. I, 448 *Πείσανδρος* extat. Cf. *Πισθέταιρος, ἐπιθόμην* (Meisterh. pp. 26, 87); Laur. quidem haud ita raro solus nomina recte scripta exhibet, velut II, 17, 1: *Πελαργικὸν,* VI, 55, 1: *Ὑπεροχίδου.*

50, 1 in Vatic. solo collocatio usitatior *τῶν ὑφ' αὐτοῦ λεχθέντων* (cett. *τῶν λεχθ. ὑφ' α.*) est, cf. 7; 12, 1; 55, 3. — § 2 in Laur. est *τῶν Λακεδαιμονίων,* in Vatic. *τὸν Λακεδ.*; fortasse fuit *τὸν τῶν Λακεδ.*, cf. VI, 81. — § 2 Stahlius loco V, 43, 2 collato collocationem Vatic. *ἔτι τότε ὄντα* praeferendam esse censuit; sed altera *(ἔτι ὄντα τότε)* exquisitior esse videtur. Post *τἆλλα* Vatic. solus *πάντα* addit, quo facillime caremus; nihil certe ad fidem probandam ex ea re efficitur, quod alibi (I, 80, 3) *τὰ ἄλλα ἅπαντα* scriptum est. — § 3 Vatic. quoque veram scripturam *ἀνελθὼν* (Laur. *ἀπ.*) exhibet. Verbum *κοινοῦσθαι,* quod post verba *περὶ τῶν ἄλλων* Vatic. fere solus exhibet, a recensore coniunctionem verborum *προσέθηκε — ἑαυτὸν* et *καὶ περὶ τούτων κτλ.* parum intellegente additum esse videtur; sed ita late usus praepositionis *περὶ* cum genetivo coniunctae

patet, ut nihil offendi possimus. Ad suspicionem augendam accedit, quod verbum κοινοῦσθαι alibi semper cum accusativo rei coniunxit Thucydides (VIII, 8, 1; 82, 3), cf. ξυγκοινοῦσθαι VIII, 75, 3 positum. — Ante verba τῆς μισθοφορᾶς Vatic. praepos. περὶ omittit, cui scripturae et locus VIII, 97, 3 *(ἀνθάπτεσθαι τῶν πραγμάτων)* et exempla ex aliis scriptoribus (cf. lexx.) petita favere videntur; sed id interest, quod verbo ἀνθάπτεσθαι omnibus ceteris locis notio *aggrediendi, ordiendi,* hoc vero notio *incusandi* inest. Itaque forsitan praepositio ita retineri possit, ut ἀνθάπτεσθαι pro καθάπτεσθαι absolute (cfr. VI, 82, 1) positum esse putetur, nisi quis καθάπτεσθαι scribere maluerit. — § 4 Vatic. haud melius εὐθὺς πέμπει (Laur. π. ε.) exhibet; cf. III, 110, 2. — § 5 in Vatic. ante ὅλον intercidit ὅτι, qua partic. inviti caremus, cf. adnot. Stahlii.

51, 2 in Laur. scribitur παραδίδοταί, fortasse recte, cf. 50, 5: τὸ στράτευμα — παρασχεῖν *(«prisgive»)* et 71, 1. — § 3 Laur. praebet ἐξαγγείλας, quod verbum de Alcibiade consilia hostium clandestina *enuntiante* aptissimum est, cf. § 1: ἐξάγγελος γίγνεται. In Vatic. est ἐσαγγείλας, quod verbum IV, 27, 3 Krueg. recte restituisse videtur.

52 veram scripturam πιστευθῆναι cum G. praebet Laur. Qui scripturam Vatic. (et cett. codd.) πεισθῆναι tuentur, hoc verbum aut cum βουλόμενον (Stahl.) aut cum δύναιτο (Class. et Herwerd.) iungunt. Stahlius cum scholiasta e superioribus ad πεισθῆναι supplendum verba μεταθέσθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους intellegenda esse statuit; sed verbis εἰ δύναιτό πως nimium tribuit, quibus hanc sententiam inesse velit, «(Tissaphernem sibi persuaderi voluisse,) si condicionibus fieret, quas ullo modo accipere posset», quae gravior vis verbis usitatissimis hoc solo loco contineri non potest; neque Tissapherni Atheniensium socio fieri difficile erat. Classenius de suo ad vb. πεισθῆναι sententiam «dass er den Schritt mit Sicherheit thun könnte» supplet [Gertzius ἀσφαλῶς post πως addendum esse censet]. Scripturam πιστευθῆναι defenderunt Krueg. et Herbst. (de red. Alcib. p. 39), quibus id Stahlius opponit, quod Tissaphernes iis quae deinde commemorentur ut a Peloponnesiis *sibi confidi (πιστευθῆναι)* vellet commoveri non potuerit; sed cum ᾔσθετο de Alcibiade, non de Tissapherne, quem ipsum Rhodi affuisse c. 43, 2 tradidit scriptor, dictum sit, haec causam, qua ut Tissaphernem Athenien-

sibus conciliaret tunc magis etiam impellebatur Alcibiades, significant. De Tissapherne Peloponnesiis amicitiam renuntiare dubitante Herbstius apte c. 57, 1 *(βουλόμενος — μὴ παντάπασιν ἐκπεπολεμῶσθαι)* et c. 109, 1 confert; Peloponnesios scilicet numero navium tunc superiores ut sibi periculosos timebat et societatem Atheniensium requirebat, interea tamen amicitiam sibi cum iis intercedentem dissolvere gravabatur. In parenthesi e Laur. *αὐτῷ*, sc. *Τισσαφέρνει*, scribendum est, cf. c. 43, 2 seq.; causa mutandi genetivus *ὄντων* qui praecedit fuisse videtur. Ceterum ante verba *ἐν ᾗ κτλ.* gravius distinguendum est, cum *τὸν τοῦ Ἀλκιβ.* (non *αὐτοῦ*) *λόγον* dictum sit. — Ante *Λακεδαιμονίους* artic. omisit Laur. Collocationem rariorem *τὰς ἁπάσας* contra consensum Laur. et Vatic. mutare non debuit Stahlius, cf. III, 36, 2: *τοὺς ἅπαντας Μυτιληναίους.* — Infra in Laur. scribitur *καὶ μὲν δὴ ὁ Ἀλκιβ.*, quod in *καὶ ὁ μὲν δὴ Ἀλκιβ.* mutandum esse videtur; nam partic. *δὴ* addita epanalepsis aptissima oritur. — Scripturam Laur. *τῷ Τισσαφέρνει* cum accus. *τὸν Τισσαφέρνην* in cett. ideo permutatum esse putaverim, ut verbum propius *θεραπεύων* unde penderet haberet; sed cf. Krueg. gramm. § 60, 5 adn. 3.

53, 1 ante *ἀφικόμενοι* Vatic. cum aliis inepte *καὶ* partic. addit, cf. adnot. Stahlii. — § 2 verba *καὶ ἄλλων* in Laur. interciderunt, cf. VII, 11, 1; in Vatic. fuit *μαρτυρουμένων*, quod verbum hic non convenit, sed litt. *υ* erasa est. — Inter *πολλὴν* et *ἀντιλογίαν* artic. *τὴν* intercidisse suspicor; cf. 38, 3. — Additamentum *αὐτῶν* (post *ἕκαστον*) ne in Laur. quidem extat. — Pro *ἥντινα (ἐλπίδα)* in Vatic. scribitur *εἴ τινα*, quod propter verba (§ 3): *ὁπότε δὲ μὴ φαῖεν* correctura illatum esse videtur; sed sententia interrogationis: *ἥντινα κτλ.* plane eadem est. — In § 3 cum uterque cod. *ὁπότε δὴ* praebeat, fortasse *ὁπότε (δὲ) δὴ* scribendum est; cf. *ἐπειδὴ* cum optat. iterativo positum VII, 44, 8. Vatic. *ἐνταῦθα ἤδη* exhibet, sed cf. ad VII, 55, 1. — Scriptura Laur. *ἐλέγετο αὐτοῖς* an genuina sit nescio, cf. 67, 3. — Verba *τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν* (Vatic. *-σαιμεν*), quae ab Stephano et Dobreeo in suspicionem vocata Herwerd. expunxit, Laur. omittit, et haud dubie delenda sunt. Neque enim loco c. 48, 1: *τὰ πράγματα — ἐς αὐτοὺς περιποιήσειν* satis defenduntur; contra de locutione *πολιτεύειν — ἐς ὀλίγους* cf. 38, 3: *τῆς ἄλλης πόλεως ἐς ὀλίγους* (restituit Dobr.) *κατεχομένης* et II, 37, 1: *μὴ ἐς ὀλίγους,*

ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν. Melius, si sententiam spectes, Dobreeus omnia verba *καὶ μὴ περὶ πολιτείας — ἣν μή τι ἀρέσκῃ* parenthesi inclusit, quo artius inter se membra *πολιτεύσομέν τε κτλ.* et *'Αλκιβιάδην τε κατάξομεν,* quibus vis orationis continetur, iungerentur; cui scripturae coniunctivum *βουλεύωμεν,* quem Laur. exhibet (Vatic. *βουλεύσομεν*), aptiorem esse facile omnes concedent.

54, 1 scripturane Vatic. (quocum alii boni codd. consentiunt) *ἐπελπίζων* (Laur. *ἐλπίζων*) praeferenda sit, valde dubito. Hoc enim verbum praeter unum Euripidis locum (Hippol. 1011) recentiores demum, velut Lucianus, Cassius Dio, significatione *simul sperandi* vel simplicis verbi *sperandi* praeditum posuerunt, et aliter eo Thucydides ipse VIII, 1, 1 usus est, ubi *spem excitare* valet (vid. ad h. l.). Cf. etiam ad VII, 16, 1. — § 2 post *ὅπῃ* partic. *ἂν* in Laur. omittitur, ut recte Stahlius eam expunxisse videatur; dittographia certe ante *αὐτοῖς* facillime irrepere poterat, cf. 90, 5. — Articulum ante *'Αλκιβιάδην* omittit Vatic. — § 3 manus pr. Laur. verba *ὁ δῆμος* omittit, ut fortasse *παρέλυσαν* rescribendum sit; nam pluralis ad *ἀντέπεμψαν* quod sequitur haud paullo aptior est.

55, 1 in Laur. est *ὁ δὲ Λέων καὶ ὁ Διομέδων,* Vatic. artic. ante *Διομέδων* omittit; utrumque bonum, cf. VII, 35, 1; 50, 1; VIII, 73, 5. — Infra Vatic. cum aliis *που* praebet; sed magis placet vulg. *ποι.* — In § 3 Vatic. verba *ὅπλα ἐλήφθη πολλὰ* in *ὅ. π. ἐ.* transposita exhibet, cf. ad c. 50, 1.

56, 3 ante *Τισσαφέρνης* artic. omittit Laur., qui § 4 *τοῦ* ante *Τισσαφέρνους* addit, cf. 86, 1. — § 4 Vatic. solus ante verba *τῶν 'Αθηναίων* artic. *τὸ* exhibet, quem (II, 81, 4 et VIII, 109, 1 coll.) ante *αἴτιον* positum maluerunt Dobreeus et Classenius; sed scripturam Vatic. tuetur locus Herodoti (VIII, 140 *α*): *ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται,* nisi forte ibi rectius Valckenaerius *ἀντίον* scribi iussit. — In Vatic. scribitur *τἆλλα*; sed quae certa hic intellegenda sint, non liquet. — Scripturam Laurentiani *ἑαυτῶν* (Vatic. et alii *ἑαυτοῦ*) recte Krueg. (stud. histor. et philol. p. 86 sqq.) defendit; apparet enim, Alcibiadem ea ipsa postulavisse quae Athenienses Tissapherni non concessuros esse pro certo haberet. Accedit, quod *τὴν ἑαυτοῦ γῆν* subobscure de Ionia, quae nondum regis facta erat (cf. supra: *'Ιωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν δίδοσθαι*), dictum esset; neque perspicitur, quonam modo mari non utens imperium insularum Ioniae adiacentium (cf.

supra νήσους — τὰς ἐπικειμένας) exerciturus fuerit. — In Laur. est ὅποι, quod non minus quam ὅπῃ convenit; recepit Herwerd. — In § 5 quos locos ad ellipsim post οὐκέτι τι defendendam afferunt Class. et Boehmius, nihil efficiunt (de IV, 63, 2 cf. adn. mea), nec in Laur. τι extat; recipienda est igitur coni. Lindavii, in quam etiam Madvigius incidit (adv. crit. I p. 334): οὐκέτι ἀλλ' (ἢ) ἄπορα κτλ. *(iam nihil aliud quam —)*, nisi quod cum Madv. ἄλλ' ἢ scribendum est, cf. ad c. 28, 2. Utrum omissio part. ἀλλ' in Vatic. facta errori an correcturae imputanda sit, in integro relinquatur.

57, 1 de ἐκπεπολεμῶσθαι cf. ind. discrepp. Ante ἀπορῶσι in Vatic. ἦν omittitur, quod fortasse pravae correcturae ut membra iuxta ponerentur factae tribuendum est. In Laur. est πορθῶσι, quod, cum aoristi praecesserint, minus placet. — § 2 in Laur. desunt verba πρὸς ἀλλήλους, quae certe interpretatione verbi ἐπανισοῦν oriri potuerunt.

58, 3 in Laur. χώραν βασιλέως scribitur, sed articulo inviti caremus. Idem fortasse rectius post Λακεδαιμονίων verbum χώραν omittit, cf. § 4: ἐκ τῆς βασιλέως et c. 37, 5. — § 6 in Vatic. (et aliis) ante τελευτῶντος inepte additur κωλύων vel κωλύειν, quod e § 4 irrepsit [Gertzius].

59 pro αὗται in Vatic. scribitur τοιαῦται, sed cf. 19, 1; idem praebet μετὰ ταύτας, sed vid. ibidem. — Partic. γοῦν etiam in Laur. extat.

60, 1 in Laur. est μέγα βλάπτειν, cf. VI, 72, 4, sed etiam VI, 64, 1; VII, 27, 4; 40, 5, ubi μεγάλα scribitur; et ultima syllaba propter similitudinem litt. Α et Λ facillime intercidere potuit. — § 3 artic. ante Τριόπιον Vatic. solus omittit, sed cf. c. 35, 3. — In Laur. scribitur ἔτος ἐτελεύτα τῷ π. τῷδε, quam rariorem collocationem II, 70, 5 consensus codd. (etiam Vatic.) praebet; vulgata tamen exquisitior est.

61, 1 etiam Laur. veram scripturam ἐφ' Ἑλλησπόντου servavit. — § 2 interpretamentum ἀντὶ στρατηγοῦ in Laur. nomen Ἀντισθένει expulit. In eodem recte ξυνεξῆλθε (Vatic. et all. ξυνῆλθε) scriptum est; nec male pronomen τοῦτον, quo post verba tam pauca interiecta (aliter se res habet IV, 44, 4, quem locum confert Herwerd.) inutiliter epanalepsis nominis Λέοντα fit, omittit, cf. ad c. 53, 2 (αὐτῶν). — § 3 scripturam ἔλασσον ἔχοντες satis defendunt loci III, 5, 2 et IV, 25, 6, quos una cum loco

I, 105, 5 temere temptat Herw.; *σχόντες* est in Vatic., qui articulum ante *Χῖοι* omittit, sed cf. v. c. VII, 86, 1.

62, 3 in Vatic. haud dubie per correcturam *ποτε* scriptum est. Stahlius locum I, 89, 2, quo Sesti mentio facta est, remotiorem esse, quam quo hic commode *τότε* adverbio posito respici possit, dicens vulgatum *τότε* repudiavit, quasi hoc adverbium semper ad locum certum operis Thucydidei, non ad rem legentibus notissimam referretur. [Gertzius omnia verba: *ἦν — εἶχον* expungere mavult.] Simili modo in codd. fere omnes praeter Laur. c. 90, 1 *ποτε* irrepsit. — Scriptura Vatic. *προσβάλλων* (cett. *προσβαλὼν*) cur praeferatur, prorsus nihil video; cf. III, 18, 1.

63, 1 in Vatic. solo *τῆς ναυμαχίας* scribitur, qui genetivus fortasse correctura, ne verba *καὶ τὸν Στρομβιχίδην κτλ.* quoque cum praepositione *περὶ* coniungi possent, illatus est. Ceterum uterque casus ex usu Thucydideo est, cf. Stahl. ad c. 14, 2. — In § 3 scripturam Laur. *κατελύετο* (cett. *κατελέλυτο*) ideo praeferendam esse censeo, quia imperfectum facilius quam plusquamperfectum ad utrumque tempus: *ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον* et *ἔτι πρότερον* refertur, nec tamen quidquam prohibet quin imperf. pro plusqpf. apud superius positum putemus, cf. Krueg. gramm. § 53, 2 adn. 8. Cf. 45, 1: *ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἔτι πρότερον τάδε — ἐπράσσετο.* De permutatione formarum cf. ad VII, 43, 2. — Scriptura Vatic. *τοὺς δυνατωτάτους* (cf. 21, 1; 48, 1) hoc loco ideo nunc Stahlio aptior esse videtur, quod non de optimatibus, sed de potentissimis factionis popularis agatur; equidem tamen nihil video, cur Thucydides principes civitatis *(τοὺς προεστῶτας τοῦ δήμου) τοὺς δυνατοὺς* appellare non potuerit.

64, 1 Laur. *ἴσχωσιν*, cett. *προσσχ.*, *προσεσχ.*, *προσίσχ.* praebent; simplex fortasse genuinum est, cf. II, 91, 1; VII, 35, 2 et Krueg. ad I, 110, 4 (2). Similiter III, 29, 1 in aliquot codd. non deterrimis ex interpretatione *προσέσχον* scriptum est. — In § 3 Laur. *ὅσαι ἡμέραι* exhibet, quod, cum etiam in Vatic. *ὅση ἡ.* scriptum sit, an rescribendum sit nescio, cf. Demosth. XXIV, 142: *ὅσοι μῆνες.* Sane VII, 27, 5 nulla varietate in codd. *ὁσημέραι* extat. — In § 5 Vatic. scriptura *δοκεῖν* praeferenda esse videtur, cf. VII, 87, 5. Infra Stahlius in ed. alt. recte scripturam a Dionys. Halic. (p. 800) praebitam *τῆς — ὑπούλου εὐνο-*

μίας restituit, quae et in Laur. et in Vatic. maiore ex parte servata est, cf. ind. discrepp.

65, 1 post *παραπλέοντες* Vatic. partic. *τε* omittit; in eodem infra *ἧκον* scribitur, cf. 51, 2, sed aor. *ἦλθεν* non minus bene convenit. -- § 3 scriptura Laur. *προείργαστο* scripturae Vatic. (et cett.) *προσείργαστο* ideo praeferenda est, quod verbum *προειργ.* melius ad superius *προειργασμένα* refertur (§ 2). — Ante *χρήμασι* Laur. *τε* partic. male omittit.

66, 1 in Vatic. solo est *μεθίστασαν*, quod verbum pro infinitivo *μεθιστάναι*, cum verbum *ἔμελλον* ad utrumque infinitivum, et *ἕξειν* et *μεθιστάναι*, pertinere non intellectum esset, correctura substitutum esse videtur; nam transitio a fut. ad praes. facta ratione temporum satis excusatur. Thucydides si *μεθίστασαν* scripsisset, *ἔμελλον* postremum vix posuisset. — Infra Laur. *ἐβούλευον* exhibet, cett. plerique *ἐβουλεύοντο*; sed saepius Thucydides etiam de populo deliberante activum posuit (cf. v. c. VIII, 53, 3; 72, 1 et lex. Betant.), ut illa scriptura ut exquisitior retineri debeat. — In § 2 part. *καὶ* post *δεδιὼς* in Laur. manu sec. addita est; itaque fortasse spuria habenda est, cf. Plat. apol. pag. 21 e, ubi haec partic. ante *λυπούμενος* hodie vulgo expuncta est. — § 3 in Laur. post *ἢ* omittitur *ὅσον*, cfr. tamen 87, 5. — Infra Laur. veram scripturam *ἐξευρεῖν αὐτὸ* (i. e. *τὸ ξυνεστηκὸς*) servavit; Stahlius e Vatic. et codd. aliis pluralem *αὐτοὶ* ad *ἀδύνατοι ὄντες* relatum («*ipsi* i. e. sine coniuratis») scripsit, sed in re exploranda *(ἐξευρεῖν)* i. e. in interfectoribus reperiendis auxilio coniuratorum, quorum ipsorum e numero *τοὺς δράσαντας* esse necesse esset, uti minime poterant homines, ut hi cogitando opponi non possint. Paulo melius Herwerd. «nullo adiuvante post necem Androclis [c. 65, 2] et aliorum» intellegi iubet, sed etiam hoc languet. Verba *αὐτοὶ ἐξευρεῖν*, quae in codd. plerisque post verba *οὐκ εἶχον* irrepserunt, Laur. idem omittit; quae ad verbum *εἶχον* supplendum, cum verba *ἐξευρεῖν αὐτὸ* et *ἀδύνατοι ὄντες* prave iuncta essent, inepte addita esse apparet. Quamquam aliquid post *οὐκ εἶχον* excidisse veri simile esse haud negaverim. [Gertzius *καταπαύειν* supplet.] — Alterum *διὰ* melius omittit Laur., cf. 97, 2 et ad 84, 5; 91, 2. — § 4 ante *ηὗρεν* in Vatic. omittitur partic. *ἂν*, quod vix fortuitum esse potest, cf. ad VII, 71, 3. — In Vatic. est *ταὐτὸ*, in Laur. *τὸ αὐτὸ*; 87, 2 et VII, 6, 1; 81, 2 contrarium est.

67, 2 dubito rectene scripturam Laur. *ξυνέλεξαν* (in marg. man. sec. *γρ. καὶ ξυνέκλησαν*) editores reiecerint; neque enim scriptura *ξυνέκλησαν* aliis locis satis comprobatur nec per se ipsa facile explicari potest. Herwerd. *ξυνεκάλεσαν* coniecit; sed fortasse fuit *ξυνήλασαν* (cfr. Pollux VIII, 104 et Stahlii adnot.). — Scripturam corruptam *ἀνατρέπειν* Sauppius *ἀνατεὶ εἰπεῖν* scribens recte emendavit; in Vatic. correctura falsa, opinor, *ἀνειπεῖν* scriptum est. — In § 3 Laur. *πρὸς ἑαυτῷ* exhibet; sed vulgatum *πρὸς ἑαυτὸν* aptius esse videtur, cum centum viri se ipsi non elegerint.

68, 1 in Vatic. non melius scribitur *πᾶν*; in eodem est *κατέστησε τοῦτο,* quod correcturae simile est, cf. § 2: *ξυγκατέστησε.* — Infra Vatic. solus *δεύτερος* praebet; sed *ὕστερος,* quod adi. hac vi positum rarius illo apparet, Thucydides I, 91, 5; VII, 77, 2 sicut hoc loco cum genetivo coniunxit, *δεύτερος* solum II, 97, 5 praepos. *μετὰ* sequente invenitur. Ante *γνοίη* Laur. *ἂν* recte omittit, cf. ad 54, 2. *Ἑκούσιος* etiam in Laur. scribitur. [Ante *γενόμενος τε* addendum et ante *ὑπόπτως ἀλλ'* delendum esse probabiliter suspicatur Gertzius.] — In § 2 verba: *μετέστη ἡ δημοκρατία καὶ ἐς ἀγῶνας κατέστη μετά,* quae in Laur. omittuntur, quin pro spuriis habenda sint non dubito, quibus deletis omnia recte se habent. Quorum parte priore: *μετέστη ἡ δημοκρατία,* quam ineptam et otiosam Stahlius appellat, glossator, verba *τὰ τῶν τετρακοσίων — μεταπεσόντα* explicans, *libertas rei publicae restituta est* exprimere voluit; cf. Plat. rep. VIII p. 553 e: *ἐξ ἧς μετέστη ἡ ὀλιγαρχία.* Glossa verbi *ἐκακοῦτο* est posterior pars, quam interpretationem resipere negat Stahlius; sed cum infra *ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτιαθεὶς* scriptum sit, prorsus inutilia haec verba sunt; neque vero pluralis *ἀγῶνας,* quod de omnibus quadringentis recte a glossatore positum est, de Antiphonte solo satis convenit. Quod autem Stahlius verbum *ἐκακοῦτο* ideo, quod *imperium* quadringentorum non commutatum demum malo affectum sit, parum aptum esse contendit, hoc nihil admodum valet, cum verbis *τὰ τῶν τετρακοσίων* homines ipsi comprehendantur. Accedit quod in cett. codd. articulus *τὰ* deest, ut iunctura glossematis et verborum Thucydidis verbo *τὰ* in *μετὰ* correcto effecta esse videatur. Scholiastes adnotans: *ἐπειδὴ τὰ τῶν υ'] κείμενον· ἐπειδὴ μ. ἡ δ. κ. ἐ. ἀ. μ. μετὰ τῶν υ'* utramque scripturam in codicibus suis invenit, qua re locum

antiquo iam tempore additamentis corruptum fuisse efficitur. — In § 3 Laur. ante *Φρύνιχος* artic. ut saepius omittit. In eodem prave scribitur *ἔπραξαν*. — In § 4 Laur. ante *ἔτει* praep. *ἐπ'*, quae in cett. dittographia verbi *ἔτει*, opinor, contra consuetudinem Atticorum addita est, omittit.

69, 1 in Vatic. *ἤδη ὕστερον τρόπῳ τοιῷδε,* in cett. *τ. τ. ὕστερον ἤδη* scribitur; de collocatione *ὕστερον ἤδη* cf. 46, 4: *ἔπειτ' ἤδη;* VI, 44, 3: *ἐνταῦθα ἤδη*. — Partic. *δὲ* ante *'Αθηναῖοι*, quod vocabulum in Laur. in *-αίων* transiit, recte expunxit Bekkerus, nisi forte, cum manus pr. Laur. ad h. l. in margine *γρ. οἱ* adscripserit, *οἱ 'Αθηναῖοι* scribendum est. — § 3 pro *ταῦτα* recte Stahlius *ταὐτὰ* scripsit; in Vatic. est *τὰ αὐτά*. — § 4 Vatic. *εἴ πού τι* praebet, cf. ad VIII, 4, 1. — Vocabulum *Ἕλληνες*, quod in utroque omittitur, nunc etiam Stahlius expungit; quanquam non abest suspicio quaedam, quin in eo vocabulum quoddam [«an *μέλλακτες*?» Gertzius.] lateat, quod interpretamento *νεανίσκοι* expulsum sit.[1]

70, 1 Laur. post *πρυτάνεις* partic. *τε*, sicut infra ante *φεύγοντας* articulum, male omittit. In eodem *δὲ* post *'Αλκιβιάδου* additur; fortasse *δὴ* scribendum est, qua particula posita ad ea quae de Alcibiade et Phrynicho dicta sunt apte respicitur, cf. V, 105, 3 (Krueg.). — In Vatic. *κράτος* omittitur, fortasse quia *τὰ ἄλλα* pro obiecto verbi *ἔνεμον* prave acceptum erat; neque enim intercidere facile poterat. — § 2 in Vatic. scriptum est *οὓς δὲ καί,* tamquam si *οὓς μὲν* praecesserit; sed ne sic quidem pron. relativum pro articulo a scriptoribus aetatis Thucydideae usurpatur, cf. Matth. gramm. § 289 adn. 7. Scriptura Laur. *μετέστησαν* de *amandatione* s. *relegatione* posita usui Thucydideo (nam Aeschines III, 129 sic medium posuit) convenientior est, cf. IV, 57, 4 (et VIII, 72, 2); contra medium significatione *summovendi* I, 79, 1; V, 111, 2 positum est. — *Τῶν Λακεδ.* uterque praebet, *τὸν βασιλέα* Vatic. solus; *τὸν τῶν Λακεδ. βασιλέα* fuisse videtur, cf. VI, 81.

71, 1 ante *πιστεύων* in Laur. *τι* intercidit. Ante verba *ἐκ τῆς Δεκελείας* articulum *τῇ*, quem inde a Boehmio editores omiserunt, uterque cod. exhibet. — In Vatic. scribitur *εἰ βούλεται,*

---

[1] In initio huius capitis coniectura Gertzii *ἀλλὰ* expungentis non minus quam Wilamowitzii *ἅμα* corrigentis placet.

incertum an correctura. — Scripturam optimorum codd. *τῶν γὰρ μακρῶν τειχῶν — λήψεως* (unus haud ita bonus liber per corr. *τῆς τῶν μ. τ.* praebet) recte Bauerus *γοῦν* pro *γὰρ* scribens emendavit; de artic. *τῆς* omisso cf. VI, 82, 1: *ἐπὶ τῆς — ξυμμαχίας ἀνανεώσει.* — § 2 Vatic. paene solus post *ἄνδρας* partic. *τε* recte addit. In Laur. est *κατέβαλλον,* sed aoristus ad *ἐκράτησαν* quod sequitur magis convenit. — § 3 pluralis *ἀπέπεμψαν,* quem praebet Laur., vix praeferendus est. Ante *ἐς τὴν Λακεδ.* Vatic. solus *καὶ* omittit.

72. 1 e Laur. forma *ὑπερορίαν* recipienda est, cum et Thucyd. ipse semper formam *μεθορία* pro feminino adiectivi *μεθόριος* posuerit (cf. Krueg. ad II, 27, 2) et ab Atticis adiectivi *ὑπερόριος,* quod ille hoc solo loco posuit, forma feminina *ἡ ὑπερορία* pro substantivo saepius posita sit (cf. lexx.) et Demosth. XXIII, 38 *(ἀγορᾶς) ἐφορίας* extet.[1] — In § 2 Vatic. exhibet *ἄλλα τ' ἐπιστ.,* quam scripturam cur vulgatae *καὶ τἄλλα ἐπιστ.* praeferamus nihil esse videtur; de artic. bis posito cf. I, 90, 4; VI, 15, 2;[2] VIII, 64, 1. Laur. omittit *αὐτούς,* quod sane cum nullo sententiae damno abesse potest, sed facilius omitti quam addi poterat; in eodem est *τὴν αὐτῶν* (*ipsorum*, cfr. adnot. Stahlii ad I, 17, 1) *μετάστασιν,* quod an retineri possit nescio, cf. c. 74, 1. In Vatic. scribitur *ἐθελῆσαι,* quod ex *ἐθελήσῃ* corruptum esse videtur; sed aoristus incohativus non tam in hoc verbo, quo habitus animorum significatur, quam in *μεταστήσωσιν* aptus est. Ceterum post *ἐγένετο* artic. *ὁ* excidisse videtur, cf. Betant. s. v. *ὄχλος.*

73, 1 Laur. pron. *τοῦτον* omittit, quod vix abesse potest; cf. tamen ad VII, 34, 7. — § 3 extr. ex utroque cod. *τοῖς τε πλείοσιν* scribendum est. — § 4 extr. in Laur. *μέχρι νῦν,* interpretamentum verborum *ἐς τοῦτο,* (post *μόνον*) irrepsit; in Vatic.

---

[1] Contra VI, 54, 6 e Laur. *ἐνιαύσιον* rescribendum puto, cf. IV, 117, 1; V, 1; 15, 2.

[2] Hoc loco verba *τὰ πολιτικὰ* Weidnerus (Parerg. p. 21) frustra delebat. Propter ambiguitatem pronominis *ἄλλος* verba *ἐς τὰ ἄλλα — τὰ πολιτικὰ* tam *in ceteris rebus ad rem p. pertinentibus* (de artic. iterato cf. Madv. synt. § 11 adn. 6) quam *in c. r. iisque ad r. p. p.* valere possunt; utrumque quidem per se oppido bonum est, sed propter ea quae sequuntur *(ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη)* hoc praestare videtur *(«ellers, nemlig i politiken, hans modstander»).*

νῦν solum (ante *μόνον*) additum est. Veram formam *Θράσυλλος*, quae testimonio Herodiani comprobatur (cf. adnot. Stahlii), praeter hunc locum et c. 100, 1 ubique manus pr. Laur. scripsit; in Vatic. passim per unum *λ* scribitur. — § 5 adv. *ποι* in Laur. deest.

74, 1 in Laur. pro *ἀπαγγελοῦντα* est *ἀγγελοῦντες*, quod saltem *ἀγγέλλοντες* esse debuit. — § 2 in Laur. scribitur *μετεκβιβάσαντες*, quod verbum Dio Cass. XLVIII, 47 prorsus simili modo posuit, *μετεμβιβάζειν* de eadem fere re Polyaenus V, 41 dixit, ut illud certe non deterius sit. — In § 3 post *ὁπόσοι* Vatic. solus part. *τε* recte omittit. — In Laur. est *ὑπακούσωσι*, quod pro futuro exacto positum non minus aptum est.

75, 1 partic. praes. *ἀκούοντες*, quod e Vatic. receperunt Class. et Stahl., etiam Laur. praebet. — Paullo infra nescio an scriptura Laur. *ἐπὶ τῶν ἄλλων τοὺς μετασχόντας* (Vatic. et all. *ἔτι*) retinenda sit, cf. Krueg. gramm. § 47, 9 adn. 19 et de praepos. repetita VII, 62, 1. — In § 2 Laur. *καταστῆσαι* (cett. *μεταστῆσαι*) exhibet, quod fortasse ideo praeferendum est, quia imperium optimatium numquam Sami aperte constitutum erat, cf. cap. 73; aliter enim paullo infra *μεταβολὴ* et c. 81, 1: *μετέστησε τὰ πράγματα* de rebus in maiorem libertatem mutatis dicta sunt. De constructione cf. III, 65, 2. — Veram scripturam *δημοκρατήσεσθαι* praebet Laur. (Vatic. *-τηθήσεσθαι*), cf. 48, 5.

76, 2 ante *προτέρους* in Laur. partic. *μὲν* intercidit. — In § 3 pro *ποριμωτέρων* in Vatic. glossa *πορμώτεροι οἱ εὐπορώτεροι* irrepsit; in eodem male *καθιστάναι* scribitur. — § 4 Stahlius in ed. alt. recte *τάς τε ἄλλας πόλεις*, quod Laur. exhibet, scripsit; in Vatic. verbum *ἄλλας*, quo addito civitates socias Athenis deficientibus acute oppositas esse diasceuastes non intellexit, omissum est, sicut in eodem cod. VII, 70, 2, q. l. conferri velim. — Scriptura Vatic. *ὡρμῶντο* fortasse vulgatae *ὥρμηντο* praeferenda est; cf. tamen II, 9, 1. Infra Vatic. *ἧπερ ἐλάχ.*, Laur. *ἐλαχ. διῆλθε*, uterque *τὸ Ἀθηναίων κράτος* praebet. — Infin. praesentis temporis *ἀμύνεσθαι* (Laur.) de defensione continuata positus aptissimus est (cf. Krueg. gramm. § 53, 1 adn. 6), praesertim cum *ὑπάρχειν* praecesserit; in Vatic. solo *ἀμυνεῖσθαι* scriptum est, incertum an correctura. — In § 5 post *ἑαυτούς* partic. *τε*, ut partic. *καὶ* ante *νῦν* positae respondeat, retinendam

esse censeo (cf. Saupp. ep. crit. p. 86). Post *νῦν* Haasius et Stahlius lacunam statuerunt, equidem ante *νῦν ὅτι*, quam partic. scholiastes legisse videtur, addere maluerim; similis constructionis mutatio est c. 78; V, 65, 5. Laur. hic praebet *τοσοῦτο* i. e. *τοιοῦτο*, cf. ad VII, 86, 4; in eodem est *βουλόμενοι*, et verbum *καταστήσονται* certe de Atheniensibus in urbe versantibus qui periclitaturi erant non minus apte quam de militibus qui Sami erant dictum est, cf. V, 88, 1: *ἐν τῷ τοιῷδε καθεστῶτας (usque eo redactos)*, ut nominativum recipiendum esse putem. Part. *καὶ* ante *δυνατώτεροι*, qua posita vis comparativi intenditur (cf. Krueg. gramm. § 69, 32 adn. 18), omittit Vatic., quam scripturam periphrasis scholiastae *(εἴργειν δύνασθαι)* parum comprobat. — In § 6 Laur. *ὃ* — *χρήσιμος ἦν* praebet, quod vix aliud quam error librarii est. Collocatio Laur. *ἔτι εἶχον* non deterior esse videtur, cf. ad 50, 2. — Veram scripturam *πατρίους* praebet Laur.; in Vatic. est *πατρώους*. — Vatic. fortasse rectius *αὐτοὶ* (cett. *αὐτοὺς*) exhibet, quamquam an propter antithesin (*τοὺς μὲν* — *αὐτοὺς δὲ*) accusativum poni licuerit paullum dubito.

77 extr. adverbium *αὐτοῦ* in Laur. omittitur nec sane necessarium est (cf. IV, 124, 3), ut fortasse insiticium habendum sit.

78 ante vocab. *Ἀστυόχου* Vatic. paene solus *τε* part. addit, fortasse recte. — Infinitivum *(μένοντες . . .) κινδυνεύσειν* (*διατριβῆναι)* edd. cum verbo *διεβόων* coniungunt, qua re cum multa de Astyocho interposita sint molesta orationis obscuritas fit. Sed melius in Laur. scribitur *κινδυνεύειν*, quod ad *τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος* optime referri potest; de plurali participii *μένοντες* cf. Krueg. gramm. § 58, 4 adn. 3 et VI, 25, 2; VII, 48, 1. Genetivum poni non potuisse in promptu est, et *μένοντες κινδυνεύειν* ironia quadam pro *μένειν ὥστε κινδυνεύειν* positum esse apparet. Ceterum etiam vulgatae interpretationi infinitivus *praes.* melius convenit, cum iam pridem Peloponnesii naves Phoenicum expectando periclitarentur. — Infra Vatic. *οὐκ οὖν* — *μὴ μέλλειν* exhibet, quod quin correcturae tribuendum sit dubitari non potest, cf. adnot. Stahlii; in eodem h. l., sicut c. 79, 6, *ναυμαχεῖν (-χῆσαι)* scribitur, sed vid. c. 79, 1.

79, 2 ante verba *ὡς εἶδον* in Laur. male *καὶ* additur. — Infra Laur. *ἐπιπλεούσας*, Vatic. *προσπλεούσας* exhibet; utrumque bonum. — In § 3 post *προσεδέχοντο* etiam Vatic. male partic.

δὲ addit, non item Laur.; *ἐπ' Ἀβύδου* Laur., non Vatic. praebet (cf. de genet. § 4: *καταπλεύσαντες ἐπὶ τῆς Μυκάλης*, VII, 87, 6: *ἐπ' οἴκου ἀπενόστησαν*). — § 4 male in Vatic. *πλεύσαντες* scribitur. In Laur. est *ἐστρατοπεδεύοντο*, cfr. I, 30, 3; VIII, 11, 1; aoristus tamen usitatior est.

80, 1 pro *ὥσπερ* in Vatic. solo scribitur *ὅσπερ*, quod pronomen fortasse correctura inutili ut ad accusativum *Κλέαρχον* qui sequitur referretur illatum est. — § 2 post *ἐπεκαλεῖτο* Vatic. solus partic. *τε* addit, haud male; in § 3 in eodem et aliis (non Laur.), cum appositio epexegetica *αἱ πλείους* (cf. III, 23, 1) non intellecta esset, *αἱ δὲ πλείους* scriptum est.

81, 1 partic. *καὶ* ante *ἀεὶ* Vatic. paene solus omittit; quam satis tuetur locus IV, 133, 1: *βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεί.* Idem solus *τῆς αὐτῆς* (cett. *αὐτοῦ* vel *αὑτοῦ*) *γνώμης* exhibet, quae scriptura loco I, 140, 1 commendari videtur illa quidem; sed cum *αὐτοῦ* in *αὐτῆς* multo facilius quam hoc in illud transire potuerit, vulgata praeferenda est. Ne correcturae quidem suspicio abest. — In Vatic. est *καταγαγεῖν,* sed cf. infra *κατῆγεν.* — Infra restituenda est scriptura *ἀπ' ἐκκλησίας,* quae in Laur. solo, si quidem recte e codd. enotatum est, extat; quam confirmant loci similes 79, 1; 97, 2; I, 97, 1. Haasius (lucubr. Thucyd. p. 63) praepositioni *ἀπὸ* causae, praepos. *ἐπὶ* loci significationem inesse dicens hic ubi de Thrasybulo uno agatur illam poni non potuisse contendit; quae tamen potius instrumentum *(per)* quam causam *(propter)* significat. — In Vatic. et aliis est *ἔπεισαν,* quod ut verbum ad *οἱ προεστῶτες* quoque referretur correctura illatum esse videtur; sed ea quae sequuntur de Thrasybulo uno dicta sunt, qua re *ἔπεισε* aptius fit. — § 2 Laur. prave *ἐπῃτίασε* exhibet; verba *τῆς φυγῆς,* quorum collocatio in codd. variatur, ante me delebant Stahl. et Herwerd. Articulus, quem Laur. ante *πολιτικῶν* omittit, vix abesse potest. In eodem scribitur *ἐς ἐλπίδας* [*γε* i. e.] *τε αὐτοὺς — τῶν μελλ.*, in Vatic. *ἐς ἐλπ. αὐτοὺς — τῶν τε μελλ.*; in illa collocatione nulla traiectio partic. *τε* fit. — Praepositionem *ἀπὸ,* quae ante *τῶν ὑπαρχουσῶν ἐλπίδων* contra usum loquendi (cf. adnot. Stahlii) in Vatic. et aliis additur, Laur. omittit. — § 3 male *ἐπικομπεῖν* exhibet Vatic., melius *πιστεύσῃ*, cf. *πιστεῦσαι* in fine capitis. — Veram formam *ἐξαργυρῶσαι,* quam comprobant testimonia grammaticorum (Etym. Magn. s. h. v.), servavit Laur.; in Vatic. est

ἐξαργυριῶσαι. — In Laur. adiectivum *σῶς* (cod. M.), quod tuetur schol. *(ἀνασωθείς),* cum in *ὡς* (codd. A. E. F.) corruptum esset, omissum est, in Vatic. correctura *ὡς αὐτοὺς* vestigia veri servavit; hic cum aliis prave *αὐτοῖς ἀναδέξαιτο* praebet. Interpretatione Vallae: *si ipsum ad eos reversum excepissent*, quam non accurate interdum memoriam librorum in vertendo secutus sit, perspicuum fit.

82, 1 partic. praes. *ἀκούοντες* etiam Laur. praebet, cf. 75, 1; infra idem solus recte *ἂν ἠλλάξαντο* (cett. *ἀντηλλ.*) exhibet.[1] Inutiliter Class. *ἂν ἀντηλλάξαντο* coniecit. — Difficile est eruere, quo modo ea quae proxime sequuntur Thucydides ipse scripserit. Uterque cod. *διὰ τὸ αὐτίκα* praebet, quibus pro verbis in ceteris falsum interpretamentum *κατὰ τὸ αὐτίκα* scriptum est; in Vatic. est *καὶ πλεῖν,* in cett. *πλεῖν τε,* quam varietatem particulas cum infinitivi *καταφρονεῖν* et *πλεῖν* prave coniuncti essent additas esse prodere recte adnotavit Stahlius. Ceterum ante *παρόντας* in Vatic. et cett. *τούς τε,* in Laur. *τότε* scriptum est; ex illa scriptura Stahlius levissima mutatione *τούς γε* effecit, neque tamen partic. *γε,* cum in superioribus nullo verbo hostes praesentes hostibus absentibus oppositi sint, satis apta est. Sed gravius, opinor, illud est, quod adverbium *αὐτίκα* multo magis ad partic. *παρόντας* quam ad verbum *καταφρονεῖν* convenire videtur; itaque *διὰ τὸ (τοὺς) αὐτίκα τότε* [*tum ipsum*, cf. 97, 1: *εὐθὺς τότε* et de *αὐτίκα* III, 56, 3] *παρόντας κτλ.* scriptum fuisse, sed cum articulus *τοὺς* intercidisset, in cett. *τούς τε* e *τότε* effectum esse suspicor. [Gertzius *ἦσαν αὐτίκα διὰ τὸ τοὺς [τε] παρόντας κτλ.* coniecit.] — In § 2 verba *καὶ πάνυ,* quae mire verbo *διεκώλυσε* addita sunt, fortasse post *πολλῶν* transponenda sunt. [Gertzius verba *διεκώλυσε πολλῶν* inter se locos mutare iubet.] — § 3 Laur. post *τιμιώτερος* partic. *τε* omittit; in eodem fere solo adv. *ἤδη* (ante *ποιεῖν*), quod post *ἤδη ᾕρηται* abundat, abest, cfr. ad VII, 4, 4.

83, 1 Vatic. solus ante *Ἀλκιβιάδου* artic. *τοῦ* inutiliter exhibet. — § 2 in Laur. ante *Ἀθηναίων* artic. *τῶν,* nescio an

[1] Simile fortasse vitium VI, 87, 4 in verbo *ἀντιτυχεῖν* latet, cuius praepositionem Haackius de compensatione, Krueg. de opposito hostili positam putabat, quorum neutrum satis placet. Scribendum videtur: *ἂν [τι] τυχεῖν*; cfr. II, 51, 6.

melius (cf. 76, 4), omittitur; idem infra recte *ἔτι* (cett. *εἰ ἔτι* vel *εἰς ἔτι*) praebet. — In § 3 dubito an scriptura Vatic. *κατ' ἀλλήλους* (cett. *πρὸς ἀ.*), quae loco II, 88, 1: *κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ξυνιστάμενοι* commendari videtur, correctori tribuenda sit; neque enim minus bene *se alium alii adiungere* quam *inter se coniungi* dici videtur; cf. I, 1, 1; 15, 2. — Laur. post *τινες* male *καὶ* omittit; in eodem est *ἀξίων λόγου*, quod non minus usus Thucydidei est, cf. lex. Betant. et de collocatione I, 73, 1; VII, 38, 1; Plat. apol. 23 b. — Infra idem recte *ἕξει* (Vatic. *ἕξοι*) praebet, cf. adn. Stahlii.

84, 2 in Vatic. est *τῶν δὲ Συρακοσίων*, quod cum ea quae sequuntur parenthesis modo non posita sint minime aptum est; cf. Matth. gramm. § 615, 2. — In § 3 Laur. exhibet *ἐγκραγόντες*, quod verbum Aristoph. Plut. 428 satis tuetur; *ἐκραγέντες* (*increpantes*), quod Vatic. cum aliis praebet (cf. Herod. VI, 129), propter *ὥρμησαν*, cuius verbi significatio (*aggredi*) cognata est, paullo minus placet. — § 4 Laur. ante *Μιλήτῳ* articulum omittit, cf. ad c. 88. — § 5 alterum *διὰ* (*δι'*) omittit Vatic.; sed cum hoc loco particc. *καὶ* — *καὶ* positae sint, satis apte repetitur praepositio, cf. 66, 3. Ante *νόσῳ* in Laur. *καὶ* intercidit.

85, 1 in Vatic. verba *τὸν Ἀστύοχον καὶ τὸν Τισσαφέρνην* transposita sunt, sed cf. 78, 1: *ὑπό τε Ἀστυόχου καὶ Τισσαφέρνους.* — In § 2 Herwerdenus scribens: *ὑπὲρ αὐτοῦ ἅμα ἀπολογησόμενον* in idem incidit, quod corrector Vaticani ad variandum sermonem (cf. ad VII, 2, 3) scribendum duxisse videtur; sed cf. I, 72, 1; V, 44, 3; VIII, 109, 1 et inpr. Xen. Cyrop. II, 2, 13: *ὁ μὲν δὴ Κῦρος οὕτως ἀπελογήσατο περὶ τῶν τὸν γέλωτα παρασχόντων.* — § 3 Vatic. inepte de Hermocrate exulante *διαφυγόντος* exhibet, quod dittographiae litt. *ΑΙΑ* praecedentium tribui potest; idem artic. ante *Τισσαφέρνης* et ante *Ἑρμοκράτης* (§ 4) omittit. Hoc loco ut saepius Laur. rectius *ἑαυτὸν* praebet; quamquam nulla fere est in talibus codicum auctoritas.

86, 3 Vatic. *γίγνοιτο* praebet; sed praesens tempus de mutatione perfecta minime aptum est. — § 3 imperfectum *ἀπήγγελλεν*, quod Laur. exhibet (cett. *-γειλεν*), vix praeferri potest; cf. tamen Krueg. gramm. § 53, 2 adn. 8. — § 4 scripturam Laur. *πρῶτος* recte praetulit Stahlius, cuius adnot. conferri velim (de locutione leviore *οὐδενὸς ἔλασσον* postposita cf. VII, 44, 6: *μέγιστον δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα*); in Vatic. per falsam correcturam, opinor, *πρῶτον*

scriptum est, quod ne pro substantivo *(maximum beneficium)* quidem, id quod fieri posse illi videtur, positum esse potest, cfr. inter se loci VII, 27, 3; 24, 3; 44, 6. — § 5 scripturam Laur. *οὐδ' ἂν εἷς,* cum h. l. in Alcibiade laudando verbis gravioribus Thucydides utatur, recipere non dubitaverim, cf. V, 111, 1: *οὐδ' ἀπὸ μιᾶς.* — § 6 collocatio Laur. *τοὺς μέντοι τετρακοσίους ἐκέλευεν ἀπαλλάσσειν αὐτοὺς* exquisitior est, cf. § 7: *τἆλλα ἐκέλευεν ἀντέχειν;* transpositio *(ἀπαλλάσσειν ἐκέλευεν)* ideo facta esse videtur, ut verba et obiecta inter se propius coniungerentur. Cf. ad 12, 1 et 7, 1. — § 7 post *εἶναι* in Laur. partic. *καὶ* intercidit. In eodem est *ἐκεῖνο,* in Vatic. *'κεῖνοι,* quod correcturam sapit; *ἐκεῖνα* forsitan expectaveris (cf. VI, 76, 3; VII, 64, 1), sed cum singull. *τὸ ἕτερον* et *τὸ ἐν Σάμῳ* praecesserint, illud aptius est. Aphaeresin, quam saepius in pron. *ἐκεῖνος* usurpant oratores Attici, apud *τὸν ξυγγραφέα,* cum nullo alio loco comprobetur, agnoscere dubito. — § 9 Vatic. *Λαισπονδίαν* praebet, sed cf. VI, 105, 2.

87, 1 in Vatic. fortasse rectius praep. *διὰ* repetita est, cf. 84, 5, sed etiam c. 78: *ὑπό τε 'Α. καὶ Τ.* — Pro *ἐδόκει δὴ* idem mendose *ἐδόκει οἱ* exhibet. — In § 2 Vatic. *οὐκ ἤγαγε* praebet, quod aoristo *(οὐκ) ἦλθον* infra posito commendatur, nec in ulla re saepius librarii cessaverunt. In eodem (§ 3) *εἰς τὴν Λακεδαίμονα* scribitur, sed cf. v. c. 86, 9. — § 4 scripturam *διατριβῆς,* quam Vatic. solus exhibet, quia in explicando infra vocabulum *φθορᾶς* et § 3 verbum *διατρίβειν* eodem sensu posita essent, Stahlius in ed. alt. praetulit; sed cum *τρίβειν* verbum notione *atterendi* praeditum VI, 18, 6; VII, 42, 5 extet, vocabulo *τριβῆς* eandem significationem inesse putandum est. Scilicet diasceuastes Vatic. usitatius vocabulum *διατριβῆς* pro rariore substituit. — In Vatic. scribitur *μηδετέροις,* quod correcturae ut unde penderet partic. *προσθέμενος* haberet factae tribuendum est, cf. ad VIII, 52 extr. Dativum cum negatio ad verba *ἰσχυροτέρους ποιήσῃ* sola pertineat ferri non posse recte contra Class. adnotat Stahlius. — Infra pro corrupto *ἐπιφανὲς* (emend. Reiskius) in Vatic. solo interpretamentum *περιφανὲς* (cf. adnot. Stahlii) irrepsit. Terminationem verbi *καταφωρᾷ* servavit Laur. (non — *ρὰ*).

88 artic. ante *Σάμῳ* Laur. omittit, cf. 86, 4, 7; 96, 2; 97, 3; 99. Infra in Vatic. scribitur *δι' αὐτὸν,* quod minime placet.

89, 1 Vatic. collocationem *τοὺς πολλοὺς καὶ πρότερον* habet, qua verba *τοὺς πολλοὺς* a genet. *τῶν μετεχόντων* incommode separantur. — In § 2 ante *πρώτοις*, quod ex *πρῶτοι* corruptum est (emend. Bekk.), articulum *τοῖς* qui in codd. omnibus praeter Vatic. deest iam antiquo tempore intercidisse e scholio: *μετασχόντες αὐτῆς ἐν πρώτοις* apparet. De loco qui sequitur desperare non debuerunt Class. et Herwerd.; qui emendatione Abreschii *ἀπαλλαξείειν* (codd. *ἀπαλλάξειν*) scribentis et interpretationibus Madvigii (adv. crit. I p. 335) et Stahlii, quantum per memoriam librorum haud dubie mancam fieri potuit, iam expeditus est, quibus ego fidei codicum aestimandae causa pauca addam. In plerisque codd. praeter Laur. post *πρεσβευομένους* scribitur *ἔπεμπον*, quod ab eo qui verba *τούς τε ἐς τὴν Λ. πρεσβευομένους* cum superioribus cohaerere non intellexisset additum esse apparet; in Vatic. solo, id quod deinde correctori proximum erat, partic. *τε* cui nihil respondebat omissa est, sicut in eodem correctura inutilissima propter imperf. *ἔπεμπον* optat. *δράσειαν* (cett. *δράσωσι*) substitutus est. Ex reliquiis codicum *οὔτο* (Vatic. *οὕτῶι*) Madvigius *οὔπω* scripsit, sed ad ea quae sequuntur: *ἀλλὰ κτλ.* magis scriptura *οὔτοι*, quam Stahlius reposuit, convenit; de coni. *οὕτω*, quae nemini in mentem venire non potest, cf. eiusdem adnot. Verbum finitum, quod post *ἀπαλλαξείειν* intercidisse e scholio apparet, *ἠξίουν* fuisse Madvigius l. l. suspicatus est, cui coniecturae extrema verba scholii: *ἤδη οὖν ἠξίουν τοὺς πεντακισχιλίους καθιστάναι* quodam modo favent; verbum *ἀξιοῦν* tamen cum infin. verbi desiderativi coniunctum parum placet, ut cum Stahlio *ἔλεγον* vel simile verbum additum malim. [Gertzius infinitivum per anacoluthiam cum verbo *ἔφασαν* coniungi dubitanter censet, coll. Madv. synt. § 216 adn. 3.] Restant verba *σπουδῇ πάνυ*, quae verba coniuncta apud Thucydidem nusquam alibi extant (*σπουδῇ* solum III, 49, 4, ubi *celeriter, festinanter* valet), et *studiosissime* (cf. Plat. Phaedon. p. 98 b) *metuere* Graecum esse recte Herwerd. negat. Neque vero interpretatio *prorsus serio*, quam Stahlius dubitanter proposuit, satis placet, quae si loci sententia esset, Thucydidem *ὡς καὶ ἔφασαν* scripturum fuisse opinor. Sed omittit ea Laurentianus idem, qua re fit, ut ea interpretationis causa ad verba *ἐν πρώτοις* adscripta in cett. codd. inter verba scriptoris recepta esse suspicari liceat. [Gertzius *ἤ που δὴ πάνυ τούς γε ἐς τὴν Λ.* coniecit; qua tamen in locutione

adv. *πάνυ* insolitum est.] — Scripturam veram *ἰσαιτέραν*, quae in cett. fere ommibus in *ἐς ἑτέραν* transiit, servavit Laur. — § 4 scriptura Laur. *ἐπῆρε*, cum in hoc codice ι, quod hodie subscribitur, vulgo non adscriptum sit, etiam *ἐπῇρε* (Vatic. et M.) valere potest. In eodem post *ἕκαστος* scholion *(ἐς) ὑπερβολὴν* additum est.

90, 1 de adv. insiticio *ποτὲ*, quod Laur. bonorum codd. solus omittit, cf. adn. ad 62, 3. — Veram scr. *ὁμολογίαν* Vatic. solus praebet; in eodem infra male *καὶ ἐπειδὴ καὶ* scribitur. — § 4 Laur. male *ἐπίπλους* praebet; contra in fine capitis nescio an in omnibus praeter Vatic. *(ἐσπλ.) ἐπιπλέοντα* de frumento quod praeter id quod suberat *(τὸν ὑπάρχοντα)* advehebatur recte scriptum sit, cf. *ἐπιπέμπειν, ἐπιπαρανεῖν*, all.; nisi forte *ἐπεσπλέοντα* scribendum est, cf. VI, 2, 6. — Post verba *τοῦ τε ἔσπλου* recte Class. *καὶ ἔκπλου* supplevit; in Vatic. corrector partic. *τε* omisit. — Collocationem Laur. *τὸ καινὸν τὸ ἐντὸς*, cum *τό τε παλαιὸν* in membro priore praepositum sit, praetulerim; in eodem *τεῖχος* in *-ους* corruptum est. — § 5 Vatic. cum aliis male *ἂν αὐτοὶ* exhibet, cf. ad VII, 21, 3 extr. In Laur. desunt verba *ἐς ἦν*, quae fortasse abesse possunt; suspicionem certe auget partic. *καὶ*, quae in enuntiato relativo ante *τὸν σῖτον* plane abundanter posita est, cum quadringentos ob nullam aliam causam quam ut «*ἐξαίρεσιν*» haberent porticum intersaepsisse appareat.

91, 1 post *πλείονος* in cett. praeter Vatic. irrepsit interpretamentum *χρόνου*[1]; idem solus partic. *τε* praebet, quae fortasse genuina est. — § 2 ante *Λοκρῶν* praep. *ἐκ* omittit Vatic., sed cf. ad 84, 5. — *Λᾶ* cum aliis om. Laur., cuius scripturam *Ἡγησανδρίδας Ἡγησάνδρου* (Vatic. et all. *Ἀγ. Ἀγ.*) ideo reicere dubito, quia in omnibus codd. IV, 132, 3 *Ἡγησάνδρου* et VII, 19, 3 *Ἡγήσανδρος (Θεσπιεὺς)* scriptum est; cf. tamen I, 139, 3: *Ἀγησάνδρου.* Eadem scripturae inconstantia V, 52, 1 *(Ἡγησιππίδαν)* et 56, 1 *(Ἀγησιππίδαν)* est. — § 3 in Laur. est *διαβόλιμόνον* (η superscr.), quae omnia manus sec. scripsisse vel potius renovasse videtur. Idem post *ἐξειργόμενοι* partic. *δὲ* male omittit, recte fortasse ante *δήμου* artic. *τοῦ*, cf. I, 107, 4; VI, 27, 3; VIII, 92, 11.

92, 1 in Laur. partic. *καὶ* et ante *ἐσόδους* et ante *ἐπεσαγω-*

---

[1] Idem glossema V, 15, 2 *(περὶ τοῦ πλείονος χρόνου βουλεύεσθαι)* removendum est, cfr. IV, 30, 4; 117, 1.

γάς omittitur, loco posteriore fortasse recte, ut *ἐπεσαγωγὰς* vocabulis *πυλίδας καὶ ἐσόδους* appositum sit. In Vatic. scribitur *ἐξειργασμένοι*, quod recepit Class.; sed exemplum verbi *φθῆναι* cum partic. *perfecti* coniuncti non attulit. — § 2 fortasse *τῶν (τε) τετρακοσίων* scribendum est. — § 4 in Vatic. est *ὁ Ἀριστοκράτης*, sed cf. § 2: *ὁ Θηραμ... καὶ Ἀριστ.* — Veram scripturam *φυλὴν* Laur. fere solus servavit (cett. *φυλακὴν*). — Kruegero scripturam *ἑτέρους*, quam etiam Laur. praebet, tuenti hic quidem (cf. ad c. 48, 4) vix assentiendum est. Pro *τετραμμένον* in Vatic. scribitur *τεταγμένον*, incertum an correctura. — § 5 in Laur. exquisitius scribitur *ἅμα αὐτοῖς*, cf. ad VII, 70, 1. — Vatic. solus *τις τῶν περιπόλων* praebet; in cett. est *τῶν περιπόλων τις*, qua in collocatione verborum pronomen *τις* cum *ἄρχων* coniungendum esse dicit Stahlius; sed nescio an *τῶν περιπόλων τις, τῶν κτλ.* distinguere liceat, cf. § 2. De vocabulo rariore *τὸ στῖφος*, quod in Vatic. interpretamento perverso *τὸ πλῆθος* expulsum est, cf. adnot. Stahlii. — In Laur. est *ἐβουλεύετο*, sed cf. ad VII, 72, 2. — Verba *πλὴν ὅσοις μὴ κτλ.* (§ 6), quae temptaverunt iam Haasius et Kruegerus, mira diligentia intacta servant editores. Sive enim pron. *ταῦτα* ad ea quae ad oligarchiam cohercendam agebantur refertur, aut *πλὴν* aut *μὴ* prorsus supervacaneum est, sive ad ea quae sequuntur id spectare existimabimus, abundantia minime ferenda orietur. Equidem Haasium adv. *πλήν*, quod ab aliquo qui exceptionem verbis *ὅσοις μὴ* significatam parum intellexisset (cf. VII, 71, 6; 85, 2) additum esse videtur, delentem sequor. [Gertzius *μὴ* in *δὴ* corrigi mavult.] — Post *στρατηγῶν* in Vatic. pro *ὅστις (talem, qui —)* correctura, opinor, *ὃς* scribitur; sed cf. Krueg. gramm. § 51, 8 adnn. 2 et 3, Madv. synt. § 105 d, Thuc. III, 57, 3; Dem. XXXVIII, 6.[1] — § 7 in Laur. minus bene *ὅσον οὐκ* scribitur; cf. tamen 26, 1; 51, 1. — § 8 Laur. fere solus ante *πρεσβυτέρων* partic. *τε* ser-

[1] Pauci anni sunt, cum nova recensionis adiumenta accesserunt fragmenta membranae Faijumensis (ed. Wesselyus in stud. Vindob. vol. VII, 1885) omnibus nostris codicibus haud paulo antiquiora (saec. fere VIImo tribuit Landwehrius in Philol. XLIV (1885) p. 743), quibus verba a cap. 91, 3: *διαφθαρῆναι* ad c. 92, 6: *ὁμογνώμων* continentur; quae cum nostris codd. ferme consentientia *(ἑτέρους, ἐβουλεύετο, ὅς)* praeter aliquot correcturas et menda nihil admodum novi afferunt, nisi forte c. 92, 2 scriptura *οὐδαμῶς ὄνομα τοῦ κελεύσαντος* vulgatae praeferenda est.

vavit, cui optime *καὶ (Θουκυδίδου κτλ.)* respondet; idem post *ἐφεδρευόντων* praebet *ἐγγὺς*, quod certe non minus quam *ἔτι* ad sententiam aptum est; cfr. IV, 71, 1. *Ἔτι* ex *ἐγγὺς* facilius quam hoc ex illo oriri potuisse, facile omnes concedent. — § 9 post *ὅσον* Laur. partic. *καὶ* omittit, quae quanquam defendi potest ideo suspectior fit, quod nusquam alibi in hac locutione legitur; cfr. adnotatio Kruegeri, qui *γε* malebat.

93, 1 glossema *τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ*, quod in cett. fere omnibus post *Διονυσιακὸν* irrepsit, omittit Laur.; idem cum aliis post *ἐξεκλησίασαν* partic. *τε* addit, quam cur reiciamus nihil video. — Post *ἔθεντο* in Laur. scribitur *αὖ*, unde *αὐτοῦ* effecit manus sec.; sed aptius particula *αὖ* superiori *θέμενοι τὰ ὅπλα* posterius *ἔθεντο — τὰ ὅπλα* opponitur. — § 2 pro *τέως (interea) δὲ τὴν πόλιν* Vatic. *τὴν δὲ πόλιν* exhibet, quem Herwerd. «quasi postea ista facere liceret» adnotans sequitur; qua nimis subtili cogitandi ratione etiam corrector Vaticani usus esse videtur. In eodem male *φθείρειν* scribitur. — § 3 Laur. solus *ἐν τοῦ Διονύσου* (cf. lexx.) praebet, quod in cett. interpretamento *ἐν τῷ Διονυσίῳ* expulsum est; cf. etiam glossa initii capitis quod sequitur: *ἡ ἐν Διονύσου ἐκκλησία*.

94, 1 post *πᾶς τις* in Laur. scribitur *τῶν ὁπλιτῶν*, in Vatic. *τῶν πολλῶν*, in Vatic. *γρ.* et rell. *τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν*; quae omnia Stahlius, quem Class. et Herwerd. secuti sunt, tamquam interpretamenta ex c. 93, 3 *(τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν)* ducta expunxit. Neque tamen satis causae fuit, cur quicquam verborum *πᾶς τις* explicandorum gratia adderetur, nec incommode milites gravis armaturae, quorum maxime opera (cf. 92, 10) castellum dirutum erat, hic ubi ad illa respicitur diserte commemorantur; qui cum iidem populares essent, *τῶν πολλῶν* addere in promptu erat, quod deinde in cett. inter verba scriptoris receptum est, in Vatic. veram scripturam expulit. — § 2 post *τι* Laur. *καὶ* partic. male omittit, sicut infra verbum *παρόντα*. — § 3 corruptum *αὖ*, unde recte *οὖν* effecit Bekkerus, in Vatic. omittitur.

95, 1 post *Θορικοῦ* e Laur. et Vatic. tenenda est part. *τε*, quam editores quidam omittunt, cf. II, 13, 7; III, 106, 3; VI, 5, 1; idem I, 118, 2 ex auctoritate Laur. et Dion. Halic. faciendum est *(τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως)*. — § 2 collocatio Vatic. *ἐν τάχει βουλόμενοι* (cett. *βουλ. ἐν τ.*) fortasse exquisitior est. —

§ 3 plerique praeter Laur. male *ἐς Εὔβοιαν* praebent. Vatic. solus *ἀνῆγε* exhibet, quod tamquam temporibus verborum *ἠναγκάζοντο, ἐπέπλει, ἐπλήρουν* convenientius Stahlius praetulit; sed de profectione Agesandridae iam antea facta aoristus pro plusquamperfecto haud minus apte ponitur. In Laur. scribitur *διέχει,* quod verbum apud Thucydidem paulo rarius quam *ἀπέχειν* ponitur illud quidem, neque tamen ideo reiciendum est (cf. lex. Betant.). — § 4 in Vatic. et aliis pro rariore verbo *ἐξαναγκάσειαν,* quod usus poetarum, Herodoti (II, 3), Xenophontis, aliorum satis tuetur, simplex *ἀναγκάσειαν* substitutum est; in eodem male *ἐναγαγέσθαι* scribitur, infra rectius *ἀναγαγόμενοι* (cett. *ἀναγόμ.*). — § 5 Vatic. solus *ἐκτραπόμενοι* exhibet, quod verbum nec significatione simplicis *τραπέσθαι* nec cum verbis *ἐς φυγὴν* coniunctum alibi extat. — § 6 Vatic. solus *τείχισμα,* ceteri *ἐπιτείχισμα* praebent; illam scripturam praetulit Arnoldius, quia *ἐπιτείχισμα* in sermone Thucydideo *munitionem ad infestandos alios exstructam* significaret nec facile Eretrienses Atheniensium imperio subacti hostes dici possent. Sed per se ipsum hoc vocabulum nihil aliud quam munimentum *adversus alios* aedificatum significat, quae notio, cum castellum ad Eretrienses cohercendos exstructum fuisse appareat (cf. verba: *ὃ εἶχον αὐτοὶ [οἱ Ἀθηναῖοι]*), aptissima est. Correcturam vocabuli parum intellecti subesse suspicari licet. — § 7 exquisitior fortasse est collocatio *ὕστερον οὐ πολλῷ,* quam Vatic. solus exhibet (cf. Stahl. ad I, 18, 2); cf. tamen 11, 2; 17, 1: *οὐ πολλῷ ὕστερον.*

96, 1 in Laur. manu rec. *οὐδέπω* (cett. *οὐδέν πω*) scriptum est; hoc haud dubie rectum est. — § 3 pro *εὐθὺς εὐθὺ* (cf. c. 88 extr.) scribendum esse Lobeckius (ad Phrynich. p. 144) censuit, quam suspicionem testimonium Vaticani *εὐθὺ,* litura unius litterae sequente, praebentis quodam modo confirmat; et facillime ante *σφῶν σ* litt. dittographia irrepere poterat. Pron. *σφῶν* etiam ad verba *ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ* relatum de terra, non de hominibus accipiendum est, quod in illa scriptura Stahlio displicet. Cfr. etiam adn. Heindorfii ad Plat. Lys. 203 b. — § 4 nescio an brevior Laurentiani scriptura: *καὶ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν, εἰ ἐπολιόρκουν μένοντες, καὶ κτλ.* vera sit; in ceteris ante *διέστησαν* partic. *ἢ* additur et *πόλιν ἐφορμοῦντες ἢ ἐπολιόρκουν κτλ.* scribitur, quam scripturam mancam esse recte videns partic.

εἰ ante *ἐπολιόρκουν* inseruit Bekkerus. Sed minime placet oppositio verborum *ἐφορμοῦντες* et *ἐπολιόρκουν μένοντες*, quae cum illud nisi de obsidione dictum esse non possit inter se nihil differunt, neque si discrimen quoddam statui possit, ideo oratio bene constructa sit; veri igitur similius est, partic. *ἐφορμοῦντες* ad *ἐπολ. μέν.* adscriptum et partic. *εἰ* in *ἢ* corruptam fuisse, quo facto proximum erat, ut *ἢ* ante *διέστησαν* adderetur. Laurentianum glossematis, quibus ceteri codd. infecti sunt, purum iam 53, 3; 66, 3; 68, 2 invenimus; cf. etiam IV, 15, 2, ubi idem solus partic. *ἢ* insiticia vacat. — In Vatic. solo scribitur *οὔσης*, sed de navibus Atheniensium, non de Ionia agitur. — Male editores recentiores verba *καὶ τὰ μέχρι Εὐβοίας* expungunt, quae adscribere vix cuiquam in mentem venire potuit. Prorsus simili modo c. 43, 3 *τὰ μέχρι Βοιωτῶν* dictum est, quae verba Boeotos ipsos complectuntur; neque id offendere potest, quod omnis praeter Oreum oppidum Euboea ab Atheniensibus iam antea defecerat, quod idem in magnam Ioniae partem cadit. Scripturam Vaticani *μέχρι Βοιωτίας*, cum vis praepos. *μέχρι* parum intellecta esset, correctura insulsa pro vera substitutam esse suspicor. — § 5 post vv. *ἄλλως τε καὶ* Vatic. solus recte praepos. *ἐν* addit; idem non melius certe *ἀρχῇ ναυτικῇ* (cett. *ν. ἀ.*) praebet. Ceterum h. l. minime placet vocabulum *ἀρχῇ*, quod *certamen ob principatum commissum* vix valere potest; fortasse fuit *μάχῃ*, cf. IV, 10, 5; 55, 2.

97, 1 in Vatic. pro *Πύκνα* recentior forma *Πνύκα* irrepsit. — Partic. *καὶ*, quam ante *ὅπλα* omittunt Laur., Palat., Vatic., sitne retinenda dubito. — § 2 *ὕστερον* om. Vatic.; in eodem scribitur *καὶ ἐς τοὺς πολλούς*, sed cf. ad c. 66, 3 et adnot. Stahlii. — § 3 Vatic. *διακελεύονται* praebet, sed praesens historicum h. l. parum convenit; cf. ad VII, 21, 3.

98, 1 in Vatic. adverbium *εὐθὺς* ante *ὑπεξέρχονται* positum est, quam collocationem eo quod Aristarchus non statim Deceleam, sed primum Oenoen se contulisse infra dicatur commendari putat Herwerdenus; verum *εὐθὺς* praepositum de omnibus quadringentorum principibus ex urbe excedentibus universe dictum est. — § 2 in Laur. altera praepositio verbi *προσπαρακαλέσαντες* intercidit. — § 4 Laur. post *Οἰνόην* partic. *τε* addit, qua posita Oenoen eodem ipso tempore quo Athenis imperium paucorum conciderit captam esse apte significatur. Ceterum nescio

an *λειφθεῖσαν* scribendum sit, cf. IV, 126, 5; coniectura Reiskii *κατέβαλον* ideo displicet, quod ob collocationem verborum illa: *τούτῳ τῷ τρόπῳ* etiam ad *κατέβαλον* inepte referri necesse esset.

99, 1 Herwerd. omnia verba *τῶν — προσταχθέντων* in suspicionem vocavit, quia c. 87, 1 Tamos solus commemoratus esset; sed ob hanc ipsam causam nemini in explicando ad illum locum respicienti pluralem ponere in mentem venire potuit. — Infra inepte in omnibus *που ἧκον* scribitur; sed Laur. et Palat. adv. *τέως* omittunt, ut hoc in ceteris pro *πω*, quod in *που* corruptum esset, substitutum esse appareat; apud Thucydidem quidem *τέως* nusquam *adhuc* valet. [Idem ante me Gertzius invenerat.] — Pro *ἐπεστάλκει* male *ἀπεστάλκει* praebet Vatic., qui idem solus infra pronomen *αἵ*, quod in ceteris ante *καὶ* intercidit, servavit.

100, 3 ante verba *τῆς Κύμης* partic. *τε* male omittit Laur. — De falsa scriptura Vatic. *πρῶτον* cf. adn. ad c. 44, 1. — § 4 ante *Θρασύβουλος* in Laur. articulus intercidit. Rectius in Vatic. scribitur *ὡς ἠγγέλθη* (cett. *ὅτε*), cf. IV, 93, 2; sed *ὅτε* interpretamentum particulae *ὡς* esse, Stahlio vix crediderim. — § 5 Laur. collocationem *ἐλθὼν ἐφώρμει* exhibet, quae ideo praeferenda esse videtur, quod ne verba *ἐπὶ τὴν Ἔρεσον*, quae ad *ἐλθὼν* pertinent, cum verbo *ὑστερήσας* perperam coniungantur prohibet; quamquam vulgatam paulo exquisitiorem esse haud negaverim. — Infra Vatic. solus per dittographiam (cf. Stahl.) *αἱ Μηθυμναῖαι* praebet, unde Herwerd. *πέντε (ε') Μ.* effecit; sed numerum post *Μηθ.* intercidisse, id quod Dobreeus statuit, veri similius est.

101, 1 Laur. veram scripturam *αἱ ἐκ τῆς Χίου τ. Π. νῆες* exhibet; in plerisque codd. articulus deest, in Vatic. solo cum intercidisset correctura, opinor, ante *νῆες* inculcatus est. — In Vatic. scribitur *ἐπισιτισάμενοι*, quod correctura propter *λαβόντες* quod sequitur positum esse potest; sed femininum satis tuentur loci I, 110, 4; II, 91, 4 (Krueg.). Accedit, quod infra *πελάγιαι* dictum est. — § 2 in Vatic. genetivus partitivus *τῆς Φωκαΐδος*, qui parum intellectus erat, in *ἐς τὴν Φωκαΐδα* correctus est. — Veram scripturam *δειπνοποιοῦνται* Laur. solus praebet (cett. *περαιοῦνται*); nihili enim faciendus est codex multo recentior, Vatic. 92 (Urbinas bombycinus), unde Classenius (cf. eiusd. praef. vol. VI, ed. 2) eandem eruit, quem ipse inspexi et in

omnibus fere cum Laurentiano consentientem inveni. [Gertzius versum excidisse et locum sic fere scriptum fuisse suspicatur: *περαιοῦνται τὸν κόλπον τὸν Ἐλαϊτικὸν καὶ τὴν νύκτα ἀναμένοντες δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀ. (καὶ) τῆς ἠ. κτλ.*] — § 3 verba *τὴν Κυμαίαν* Laur. solus recte omittit. [Gertzius *τὴν Καναίαν* scriptum vult; sed cf. de verbo *παραπλεῖν* absolute posito v. c. 10, 3; 31, 2; 41, 3; 63, 2; 95, 1.]

102, 2 editores in verbis corruptis: *προειρημένης φυλακῆς . . . ἣν ἐκπλέωσι* explicandis magnopere haerent; neque enim dativum *τῷ φιλίῳ ἐπίπλῳ* pro *ὑπὸ τοῦ φιλίου ἐπίπλου* positum esse neque vocab. *ἐπίπλου* idem atque *στόλου* valere potest, id quod schol. statuit, nec vero, etiamsi utrumque fieri liceat, facile particula *καίπερ* careamus. Classenium verba *τῷ φιλίῳ ἐπίπλῳ* de classe Thrasylli hoc tempore Eresum obsidenti dicta esse putantem satis refutavit Stahlius, qui ipse lacunam statuit, cum post *ἔλαθον* verba *ἀμελέστερον ἐπιτηρούσας* vel similia intercidisse opinatur. Equidem sic potius locum scribendum esse suspicor: *π. φ. τοῦ φιλίου ἐπίπλου — ἣν ἐσπλέωσι* i. e. *ut quibus cura suorum adnavigantium — si inveherentur mandata esset,* quo scilicet factum est, ut hostes evehentes parum animadverterent (de vi locutionis *ἀνακῶς ἔχειν* cf. Herod. VIII, 109). Eandem fere sententiam verbis in libris traditis inesse Grotius (Hist. Gr. VIII p. 145 seqq.) statuit, quod fieri nequit. [Gertzius *(ἐν) τῷ φιλίῳ ἐ.* scribi censet; qua tamen scriptura tollanturne difficultates dubito.] — Paulo infra *ποιούμενοι* corruptum esse et *ποιουμένου* (Krueg.) vel *-μένας* (Class.) scribi debere editores omnes iure consentiunt [Gertzius *κατιδόντος — ποιουμένου* satis probabiliter coniecit]; at male iidem Reiskium secuti *πᾶσαι* in *πάσαις* correxerunt, cf. loci quos ad c. 101, 1, attuli; accedit, quod *αἳ μὲν πλείους* sequitur. In Vatic. *πάσας* correctura falsa ortum esse videtur. — Scriptura Vaticani *ἐπὶ τῆς Ἴμβρου* (cett. *ἠπείρου*) verbis extremis capitis sequentis confirmari videtur; quanquam mire infra (§ 3) *πρὸς τῇ Ἴμβρῳ* de nave, quae non Imbrum versus fugit, dictum est. [Gertzius *πρὸς τῇ ἠπείρῳ* conicit.]

103, 2 in Vatic. *πένθ' ἡμέρας* scribitur; sed VII, 3, 1 nullo discrimine codd. *πέντε ἡμερῶν* exhibent, cf. Stahlii adnot. crit. ad VII, 43, 2, ubi in Laur. quoque *πέντε* scriptum est.

104, 2 in Laur. scribitur *παρέτεινον,* quod tempus de aciem explicantibus non minus aptum est; cf. verba praecedentia

παρέπλεον, ἀντανῆγον. — Infra in Laur. duo fere versus ita interciderunt, ut *Ἀδριανῶν νῆες ἓξ καὶ ὀγδ. κέρας* scriptum sit; librarius scilicet ab *ἓξ καὶ ἑβδ.* ad *ἓξ καὶ ὀγδ.* transiisse videtur. — § 3 minime praeferenda est collocatio Vaticani: *τὸ δὲ δεξιὸν Θρασύβουλος,* quae potius correcturae aequalitatis membrorum constituendae causa factae tribuenda esse videtur. In eodem paulo supra *τὸ δεξιὸν* part. *μὲν* omissa scribitur, quod utrum de industria, cum *μὲν* praecesserit, an errore mero factum sit nescitur.

105, 2 artic. ante *Θράσυλλον* om. Laur., sed praecessit *περὶ τὸν Θρασύβ.* — Contra Classenium scripturam falsissimam Vatic. et all. *διώκοντες* (rectam *διώκειν* praebet Laur.) mala pertinacia defendentem cf. Stahlii quaest. gramm.$_2$ p. 29. — § 3 *ἠμύναντο* (Vatic.) fortasse propter praesens *τρέπουσι* vulgato *-οντο* praeferri debet.

106, 1 scriptura Laur. *Πύδιον* (cett. fere omnes *Μείδιον* praebent) glossa Hesychii: *Πύθιον τὸ ὕδωρ· Θουκυδίδης,* quam attulit Wassius, comprobatur; longe enim veri similius est, *Πύθιον* e *Πύδιον* corruptum esse, quod idem suspicatus est, quam glossam verbis *τὸ ὕδωρ* deletis ad *τὸ Πύθιον* VI, 54, 6 et 7 commemoratum referendam esse, id quod M. Schmidtius statuit. Geographi neutrius nominis mentionem faciunt. — Infra nescio an *ταύτης τῆς ναυμαχίας* scribendum sit. — § 2 in Vatic. post *φοβούμενοι* partic. *τε,* cui nihil respondere potest, inepte scribitur; nam particc. *τε γὰρ* pro *καὶ γὰρ* recentiores demum ponunt.

107, 1 ante *Σηστῷ* Laur. artic. omittit, cf. ad c. 88. In eodem scribitur *ἐπέπλεον,* quod hic aptissimum est, cf. I, 52, 1; de errore cf. c. 39, 1. — Ante *ἀτείχιστον* Vatic. incommode partic. *καὶ* inserit.

108, 1 haud dubie rectius in Laur. *ἀποτρέψειε (avertere)* scriptum est, cf. IV, 80, 1; etiam V, 75, 2 an ex auctoritate eiusdem *ἀπέτρεψαν* scribendum sit dubito. — Articulum ante *Πελοποννησίοις,* quem absentem non desideramus, Vatic. solus addit. — § 2 post *ταῦτα* partic. *δὲ* om. Vatic., qui idem solus post *πράξας* abundanter part. *καὶ* addit; contra *ἄρχοντα,* quod idem praebet, an vulgato *ἄρχοντας* praeferendum sit dubito, quanquam fortasse cum nulli certi nominentur pluralis ferri potest. — § 4 Laur. *οἰκήσαντας* praepos. omissa exhibet, certe non deterius, cf.

de eadem re ᾤκησαν V, 1, 1 positum. [Paullo infra Gertzius II, 68, 9 coll. ἔχθραν πως ποιησάμενος scribi iussit; cf. tamen adnot. Stahlii.]

109, 1 potius τὰ ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ de rebus duobus locis gestis scribendum est; artic. τῇ omittit Vatic., sed cf. 23, 4: ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, 108, 1: ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος; VII, 31, 2: ἐς τὴν Ζάκυνθον καὶ Κέρκυραν. — Infra recte Laur. μέμψηταί τε, inepte Vatic. cum aliis μέμψηταί τι praebet; cf. adnot. Stahlii. — Ante εὐπρεπέστατα partic. ὡς, quam uterque exhibet, Thucydidi reddenda est. — § 2 additamentum ὅταν — πληροῦται praeter unum deterrimum codicem nullius momenti (I.) Laurentianus omittit; addidit manus recentior.

INDICES.

I. Correcturae Vaticani.

Adverbia:

ἐκεῖθεν — ἐκεῖ VII, 26, 3
ἐνθάδε — ἐνθένδε VII, 64, 1 (?)
οἵπερ — οὗ ὑπὲρ VIII, 26, 3
(γε ἂν) πανσυδὶ — ἄγαν πᾶν VIII, 1, 1
τότε — πότε VIII, 62, 3

Nomina:

Ἀθηνῶν — Ἀθηναίων VII, 64, 2
ἀμφοτέρων — ἀμφοτέρωθεν VIII, 25, 5
ἀσμένους — ἀσμένως VII, 84, 4 (?)
δυνατῶν — δυνατωτάτων VIII, 21; 48, 1; 63, 3
δύο — δυοῖν VII, 50, 2
Εὐβοίας — Βοιωτίας VIII, 96, 4
ξυμμαχικῶν — ξυμμαχίδων VIII, 7
ξυμπασῶν — ξυμφορῶν VII, 71, 7 (?)
οὐ πάντων — ἁπάντων VII, 71, 3
πρῶτος — πρῶτον VIII, 86, 4
Πύκνα — Πνύκα VIII, 97, 1
σωτηρίαν — σωτήριον VII, 81, 3
Casus: VII, 27, 1; 48, 2; VIII, 30, 1; 44, 1; 63, 1 (?); 87, 4 (?); 96, 4; 101, 2; 102, 2
Genus: VIII, 32, 1; 101, 1

Numerus:

Plur. — sing. VII, 29, 1; 34, 2
Sing. — plur. VI, 104, 3 (?); VII, 8, 1; 27, 2; 29, 3 (?)

Particulae:

δὲ — γὰρ VII, 1, 3 (?); 79, 2
δὴ — ἤδη VII, 55, 1; 71, 2; 77, 3; 81, 2; VIII, 53, 3
εἰ μὴ — ὅτι οὐ VII, 34, 7
ἢ — οὐδὲ VIII, 48, 4
καὶ — τε VII, 12, 4; VIII, 72, 2
μέχρι οὗ δὲ — μέχρι δ' οὗ VII, 83, 2
μὴ — οὐ VIII, 15, 1
ὅταν — ὅτι ἦν VIII, 12, 1
τε — τε καὶ VII, 42, 5
ὡς — ὅσα VII, 60, 4
ὥσπερ — ὅσπερ VIII, 80, 1 (?)
ὥστε — ἅτε VII, 24, 2

Praepositiones:

ἀπ- — ἐπ- VII, 57, 9 (?)
ἐξ — ἀπὸ VII, 19, 3; 47, 3
ἐπὶ — ἔτι VIII, 36, 2; 75, 1 (?)
ἐς — ἐπὶ VII, 87, 1
ἐς — πρὸς VII, 2, 3; 49, 2
κατὰ — διὰ VII, 70, 8
περὶ — ὑπὲρ VIII, 85, 2
προ- — ἐξ- VIII, 16, 2
πρὸς — κατὰ VIII, 83, 3 (?)

Pronomina:

αὗται — τοιαῦται VIII, 59, 2
αὐτὸς — αὐτοὺς VIII, 81, 3
αὐτοῦ — αὐτῆς VIII, 81, 1 (?)
(τὴν) ἑκάστην — ἕκαστον VII, 67, 2
ἥντινα — εἴ τινα VIII, 53, 2
οἵπερ — ὅπως VII, 25, 1
ὅστις — ὃς VIII, 92, 6

ταῦτα — *αὐτὰς* VII, 32, 5
τοιαῦτα — *ταῦτα* VII, 37, 1 (?)
τοὺς δὲ — *οὓς δὲ* VIII, 70, 2
Verba:
ἀγαγόντες — *ἀπολιπόντες* VIII, 30, 2
ἀνατρέπειν — *ἀνειπεῖν* VIII, 67, 2
ἔσται — *ἐξέσται* VIII, 27, 2
ποιούμενοι — *που* VII, 28, 2
Genus: VII, 18, 3 (?); 34, 8; 80, 5; VIII, 68, 1 (?)
Modus: VII, 29, 2 (?); 41, 4; VIII, 12, 1; 66, 1; 89, 2
Tempus: VII, 21, 3; 62, 4; 85, 1; VIII, 23, 2; 72, 2; 76, 4; 97, 3 (?)

II. Additamenta Vaticani.

Adiectiva:
ἱκανὴν VIII, 5, 5
καὶ ὀλίγῳ VII, 87, 1
πάντα VIII, 50, 2
πεζὸν VIII, 23, 5
οἱ πολλοὶ VII, 4, 6
Adverbia:
temporalia:
ἀεὶ VIII, 46, 1
αὖ VII, 79, 4 (?)
αὖθις VIII, 32, 1 (?)
ἔτι VIII, 29, 2
ἤδη VII, 4, 4; 31, 3; 66, 2 (?)
πω VIII, 48, 1
alia:
ἅμα VIII, 43, 2
ῥᾳδίως VII, 34, 6
ταύτῃ VII, 53, 2
τριχῇ VII, 32, 2
χάριν VIII, 39, 4
Articulus:
VII, 2, 4 (?); 4, 4 (?); 5, 2 (?); 7, 3; 8, 2; 11, 3; 20, 1; 27, 5; 38, 2; 51, 1; 58, 4; 80, 5; 86, 2 (?); VIII, 16, 3; 24, 2; 24, 6; 25, 2; 48, 4; 92, 4; 101, 1; 108, 1
Particulae:
γὰρ VII, 57, 9
δὲ VII, 66, 2 (?)
εἰ VIII, 6, 4
καὶ VII, 34, 7 (?); VIII, 6, 3; 108, 2
μὴ VII, 63, 3; VIII, 78
οὐ VIII, 48, 4
τε VII, 66, 2 (?)
ὡς VII, 44, 4
Pronomina:
ἃς VII, 50, 4 (?)
αὐτῷ VIII, 4, 1 (?)
σφίσι VII, 32, 1
τινὰς VII, 43, 3
τοῦτο VIII, 1, 4
Verba:
ἀπῆραν VIII, 24, 2
εὑρὼν VII, 31, 1
ἦλθε VIII, 48, 1
ἦν VII, 70, 2; VIII, 2, 3
κατεῖχον VIII, 21
κοινοῦσθαι VIII, 50, 3
ξυνεπολέμει VIII, 45, 5
Alia:
ἅμα δὲ τῷ ἦρι VIII, 7, 1
διὰ τοῦτο VII, 86, 4
ἑκατὸν VII, 81, 3
ἐν προτειχίσμασιν VII, 43, 4 (?)
ἐξ Ἄργους VII, 18, 3 (?)
καὶ οἱ ξύμμαχοι VII, 59, 2
μεθ' ὧν VIII, 24, 5
ξυνθήκας VIII, 43, 4
ὅποι τε βούλονται VIII, 27, 2
παρὰ VIII, 48, 3 (?)
στρατηγὸς ὢν VIII, 45, 3
ὥσπερ νῦν VII, 49, 2

III. Glossemata Vaticani.

Adiectiva:
δυνατὸν VII, 11, 3
μεγάλῳ VII, 3, 5
περιφανὲς VIII, 87, 4
Substantiva:
τῶν Ἀθηναίων VIII, 12, 1
τὸν Πισσούθνου VIII, 28, 4
τὸ πλῆθος VIII, 92, 5

πόνου VII, 70, 8 (?)
αἱ σπονδαὶ VIII, 10, 1
τὴν φυγὴν VII, 30, 2
Pronomina:
αὐτοὶ VIII, 2, 2
ἡμῶν VII, 68, 3
Verba:
διαλαβόντας VII, 73, 1

θαῤῥῶν VII, 49, 1
ὄντες VII, 55, 2
καὶ πλανηθεισῶν VIII, 32, 1
προσπλεύσαντες VIII, 43, 1
Alia:
καὶ VII, 19, 2 (?)
κατὰ VII, 28, 4
ἢ τὸ πρότερον VII, 39, 1

IV. Omissiones Vaticani.

Adiectiva:
(οἱ) ἄλλοι VII, 70, 2
ἄλλας VIII, 76, 4
κενὰς VIII, 39, 3
μόνος VIII, 45, 3
πολλοὺς VII, 41, 4
Adverbia:
αὖ VIII, 94, 3
δὴ VII, 19, 1; 56, 4
μάλιστα VII, 42, 1
ὅθεν VIII, 1, 3
τέως VIII, 93, 2
Articulus:
VII, 2, 4; 24, 3 (?); 29, 4; 80, 4; VIII, 39, 3 (?)
Particulae:
ἀλλ' VIII, 56, 5 (?)
ἂν VII, 71, 3; VIII, 66, 4
ἢν VIII, 57, 1 (?)

καὶ VII, 55, 1; 60, 5; VIII, 16, 1 (?); 71, 3; 76, 5; 81, 1
μὲν VII, 87, 3 (?); VIII, 104, 3
ὅτι VIII, 50, 5
τε VII, 36, 2; 42, 4; 80, 1; VIII, 17, 2; 44, 2; 46, 3; 89, 2; 90, 4
ὥστε VIII, 45, 3
Praepositiones:
ἀπὸ VII, 11, 2
διὰ VIII, 84, 5 (?)
(τῇ) ἐν VII, 4, 6 (?)
περὶ VIII, 50, 3
Substantiva:
κράτος VIII, 70, 1
μέρος VII, 80, 2
Verba:
εἰσὶ VII, 72, 3
καλούμενον VIII, 34

V. Vocabula in Vatic. cum aliis permutata.

Nomina:
ἀγῶνα — ἀγώνισμα VII, 59, 2
ἀσθενέσιν — ἀσθενοῦσιν VII, 60, 2
ἐπιτείχισμα — τείχισμα VIII, 95, 6
ὁπλιτῶν — πολλῶν VIII, 94, 1
πεζικὴν — πεζὴν VII, 7, 2; 16, 1
προτέρᾳ — προτεραίᾳ VII, 51, 2
σταυρῶν — σταυρωμάτων VII, 25, 5
ὑποζύγια — ζεύγη VII, 27, 5
ὕστερος — δεύτερος VIII, 68, 1
τριβῆς — διατριβῆς VIII, 87, 4
Verba:
ἀριστοποιήσωνται — ἄριστον π. VII, 39, 2
ἐγηγερμένοι — ἐπηρμένοι VII, 51, 1 (?)
ἐπήλπισαν — ἔπεισαν VIII, 1, 1

μάχεσθαι — ἀμύνεσθαι VII, 6, 1
ξυννενημένων — ξυνενηνεγμένων VII, 87, 2
περιεσομένους — περιγενησομένους VII, 21, 4
προεξάρξαντες — προεξαΐξαντες VIII, 25, 3
τετραμμένοι — τεταγμένοι VIII, 92, 4 (?)
ὥρμει — ὡρμίζετο VII, 4, 5
Praep. addita:
ἀνεχούσαις — προανεχούσαις VII, 34, 2
διαφερομένας — ἐπιδιαφερομένας VIII, 8, 3
ἔπλευσαν — ἐπέπλευσαν VIII, 44, 3
ἐξέπλεον — ἐπεξέπλεον VII, 37, 2 (?)
ἐτείχιζε — διετείχιζε VII, 5, 1 (?)
ἐφάνησαν — ἐπεφάνησαν VIII, 44, 3

ἔφερον — ἐπέφερον VII, 57, 6
ἐψηφίσαντο — ἐπεψηφίσαντο VII, 16, 1
ἠρώτα — ἐπηρώτα VII, 10 (?)
κινδυνεύειν — ξυγκινδυνεύειν VIII, 24, 5
λογιζόμενοι — διαλογιζόμενοι VIII, 2, 4
ξυμπολεμήσασαι — ξυνδιαπολεμ. VIII, 13 (?)
ξυναιρεθήσεσθαι — ξυναναιρεθ. VIII, 24, 5
σωθείητε — διασωθείητε VII, 77, 7
τραπόμενοι — ἐκτραπόμενοι VIII, 95, 5

Praep. omissa:

ἀναπεπαυμένους — πεπαυμένους VII, 73, 2
ἐκπορθεῖ — ἐπόρθει VIII, 41, 2
ἐνεγένετο — ἐγένετο VII, 49, 4; VIII, 9, 2
ἐνεῖδον — εἶδον VII, 36, 2
ἐξειπεῖν — εἰπεῖν VII, 87, 4
ἐπεδίωκον — ἐδίωκον VIII, 34
ἐφεπόμενον — ἑπόμενον VII, 78, 2
προπυθόμενος — πυθόμενος VII, 32, 1

Praep. permutata:

ἀπολειπόμενοι — ὑπολειπόμενοι VII, 75, 5
ἐγγενησόμενον — ἐκγενησόμενον VII, 68, 1
μεθεστηκυίας — ἀφεστηκυίας VIII, 15, 1
προσπέμψαντος — προπέμψαντος VIII, 47, 2 (?)

A. Loci quibus Laur. et Vatic. soli consentientes veram scripturam praebent.

VII, 3, 1: *προσπέμπει*; 8, 3: *ἢ δι' (ἑκουσίων)*; 25, 4: *ἐδυνήθησαν*, 9: *αὖ* om.; 44, 5: *ἐπισταμένων*; 47, 3: *διεκινδύνευσεν*.

VIII, 6, 3: *Ἀλκιβιάδου*; 53, 2: *αὐτῶν* om.; 59: *γοῦν*; 61, 1: *Ἑλλησπόντου*; 63, 3: *ἐπαναστάντας αὐτούς*; 64, 5: *εὐνομ.*; 68, 1: *ἑκούσιος*; 69, 2: *ἐπ' αὐτοῖς*, 4: *Ἕλληνες* om.; 70, 2: *αὐτὸν (σφίσι)*; 75, 1 et 82, 1: *ἀκούοντες*; 76, 4: *(ἐλάχ.) δὴ* (*δι-* Laur.), *τὸ Ἀθηναίων*; 82, 1: *διὰ (τὸ αὐτίκα)*; 86, 5: *ἔπαυσε*, 6: *κωλύοι*; 89, 3: *τὸ* om.; 90, 4: *τοῦ* om.; 95, 1: *τε*.

B. Loci quibus Laur. solus vel paene solus veram scripturam praebet.

VII, 6, 3: *κατηράχθη*; 11, 3: *χρήσασθαι*; 21, 4: *ἐκέλευεν* om.; 37, 3: *καὶ αἱ τῶν Σ.*; 42, 6: *ἔτεμνον*; 50, 3: *ἐδύναντο*; 52, 2: *κοίλῳ μυχῷ*; 56, 2: *κωλύσουσι*; 57, 7: *Βοιωτοῖς τοῖς* (cum M.); 73, 1: *ἀποχωρήσασα*; 75, 5: *ὑπὸ τοῖς ὅπλοις* om.; 77, 4: *οἷοι*.

VIII, 8, 2: *αὐτούς*; 25, 3: *προεξάρξαντες*; 27, 2: *καθ' ἑκουσίαν* om.; 38, 1: *μὲν* om.; 40, 2: *ἐχρήσαντο*; 45, 1: *ἐπ' αὐτῶν*; 46, 3: *ἐκείνῳ*; 51, 3: *ἐξαγγείλας*; 52: *πιστευθῆναι* (G.), *τῷ Τισσαφέρνει*; 53, 1: *καὶ* om. (M.), 3: *τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν* om., *βουλεύωμεν*; 54, 1: *ἐλπίζων* (? G.), 2: *ἂν* om., 3: *ὁ δῆμος* om.; 56, 4: *ἑαυτῶν*, 5: *τι* om. (G.); 57, 2: *πρὸς ἀλλήλους* om. (?); 61, 2: *τοῦτον* om. (?); 63, 3: *κατελύετο*; 64, 1: *ἴσχωσιν*; 65, 3: *προείργαστο* (pr. G.); 66, 1: *ἐβούλευον* (G.), 2: *καὶ* om. (?), 3: *ἐξευρεῖν αὐτὸ* (G.), *αὐτοὶ ἐξευρεῖν* om.; 68, 1: *ἂν* om. (G.), 2: *μετέστη* — *μετὰ* om., 4: *ἐπ'* om.; 69, 2: *ἄπωθεν*; 70, 1: *δὴ* (?), 2: *μετέστησαν*; 72, 1: *ὑπερορίαν*; 74, 2: *μετεκβιβάσαντες* (?); 75, 2: *δημοκρατήσεσθαι* (G.); 76, 3: *μεθεστάναι* (G.), 5: *βουλόμενοι*, 6: *πατρίους*; 77: *αὐτοῦ* om. (?); 78: *κινδυνεύειν*; 79, 3: *δὲ* om. (A.), *ἐπ' Ἀβύδου*; 80, 3: *δὲ* om. (G.); 81, 1: *ἀπ'*, 2: *ἀπὸ* om. (G.), 3: *ἐξαργυρῶσαι* (G.); 82, 1: *ἂν ἠλλάξαντο*, 3: *ἤδη* om. (M.); 83, 2: *ἔτι*; 84, 3: *ἐγκραγόντες*; 86, 5: *οὐδ' ἂν εἷς*, 7: *ἐκεῖνο* (G.); 89, 2: *σπουδῇ πάνυ* om. (M.), *ἔπεμπον* om. (M.), *ἰσαιτέραν* (G.); 90, 1: *ποτὲ* om., 5: *ἐς ἣν*

om. (?); 92, 4: *φυλὴν*, 8: *τε* (G.); 93, 1: *τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ* om., *αὖ*, 3: *ἐν τοῦ Διονύσου*; 94, 1: *πολλῶν* om.; 95, 3: *ἐν Εὐβοίᾳ* (G.); 96, 4: *ἢ* et *ἐφορμοῦντες* om.; 98, 4: *τε*; 99, 1: *τέως* om. (E.); 101, 2: *δειπνοποιοῦνται*, 3: *τὴν Κυμαίαν* om.; 104, 2: *παρέτεινον*; 106, 1: *Πύδιον* (G.); 107, 1: *ἐπέπλεον*; 108, 1: *ἀποτρέψειε*; 109, 1: *μέμψηταί τε* (G.), 2: *ὅταν — πληροῦται* om.

C. Loci quibus Vatic. solus vel paene solus veram scripturam praebet.

VII, 3, 1: *τὸ πρῶτον* (?), 3: *ἑαυτῶν* (?); 8, 2: *μνήμης* (?); 11, 2: *τε*; 14, 3 (?) et 25, 9: *διαπεπολ.*; 17, 3: *αὐτοῖς οἱ πρέσβεις, ἐς τὴν Σικελίαν*; 18, 2: *τε*, 3: *τέ*; 19, 5: *τὸ πρῶτον*; 25, 1: *τε*; 26, 2: *ἅμα* (?), 3: *ἕως*; 29, 2: *τε*, 3: *οὐ*; 31, 1: *ἐπὶ*; 33, 3: *τε*; 43, 2: *ἀδύνατα* (M.), *ὑπελείπετο*; 44, 1: *γε*, 4: *ἐξ ἐναντίας*; 46: *ἄλλην*; 48, 5: *τε*; 52, 2: *ἐπεξάγοντα*; 54: *οἱ* om.; 57, 9: *ὠφελίας*, 11: *τε* (?); 69, 2: *ἣν* om., *ὄντες* (A.); 70, 7: *δὴ ἢ, τε*, 8: *ὑποχωροῦσιν*; 74, 2: *τῶν* om.; 75, 4: *τι* om.; 77, 2: *τε*, 7: *τό τε*; 80, 5: *ἐπὶ*, 6: *τὲ*; 81, 4: *τε* om., 5: *ἐγίγνετο*; 85, 2: *ξυνεκόμισαν*; 86, 4: *δή, τε* om., 5: *πᾶσαν ἐς ἀρετήν*.

VIII, 2, 1: *ἡγούμενοι* om.; 3, 1: *τῶν*; 6, 5: *πέμψειν*; 9, 3: *καὶ*; 10, 3: *ὑπῆγον*; 12, 1: *τε, πιστότερος*; 14, 2: *γενομένων*, 3: *τε*; 15, 2: *ἡ*; 16, 3: *πεζοὶ*; 23, 4: *παραπέμπει*; 24, 3: *Βολίσκῳ*; 26, 1: *Λέρον*; 28, 2: *(Ἀττικὰς) τάς*; 35, 4: *ἀπελθόντες*; 38, 2: *ἐς*; 45, 2: *ἀπολείπωσιν οὐχ ὑπολιπόντες*, 5: *ἢ*; 46, 1: *ἢ Ἕλλησι*; 56, 4: *τὸ τῶν Ἀθ.*; 63, 3: *προυτρέψαντο*; 74, 3: *τε* om.; 80, 2: *τε*; 81, 3: *πιστεύσῃ*; 87, 2: *ἤγαγε*; 89, 2: *ἐν τοῖς*; 90, 1: *ὁμολογίαν*; 91, 1: *τε*; 96, 5: *ἐν*; 99, 1: *αἵ*; 100, 4: *ὡς*; 102, 2: *Ἴμβρον*; 106, 3: *Πελληναίων*; 108, 2: *ἄρχοντα* (?).

PARS POSTERIOR.

De locis quibusdam librorum III et IV discrepantia corruptioneve codicum insignibus quaeritur.

LIBER III.

1, 1. *εἶργον τὸ μὴ — κακουργεῖν]* in Laur. post *εἶργον* legitur *διὰ*, quod quo modo correctura irrepere potuerit, vix intellegitur. Fortasse scriptum fuit *δι' αὐτὸ μὴ κτλ.*, quod cum in *διὰ τὸ* corruptum esset (idem mendum IV, 55, 4 in Laur. manus pr. correxit), *διὰ* facile omitti poterat. Thucydides quidem nusquam alibi (locum controversum VI, 1, 2 excipio) apud *εἴργειν* et verba similia *τὸ μὴ* cum infin. posuit (VII, 53, 4 *accus.* cum infin. habemus).

2, 1. *ἀναγκασθέντες δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀπόστασιν κτλ.]* mire h. l. partic. *καὶ* posita est, cum defectio Lesbiorum tunc facta illius, quam antea facere in animo habuerant, hac sola re similis sit, quod neutra quo tempore volebant effecta est. Melius igitur illud *καὶ* cum adverbio *πρότερον* iungitur, quo hic sensus fit: *tunc vero prius etiam quam cogitabant deficere coacti.* [Siesbyeus *καὶ* e superiore *καὶ* ortum aut transponendum esse opinatur.]

3, 6. *τά τε ἄλλα τῶν τειχῶν καὶ λιμένων περὶ τὰ ἡμιτέλεστα φραξάμενοι ἐφύλασσον.]* haec codd. omnes exhibent neque quidquam mutandum esse existimo. Verba *τά τε ἄλλα* Stahlius (IV, 55, 1; VI, 31, 3; VIII, 86, 7 coll.) recte: *et praeterea* vertit, sed in eo, Classenio socio, erravit, quod opera perfecta et semiperfecta hic distingui putavit. Quod ut fieri putemus, neque rebus neque sermone cogimur; Thucydides quippe c. 2, 2 opera non perfecta fuisse universe scribit nec, si genetivus *τῶν τειχῶν κτλ.* praepositus est, ideo partitivum eum esse necesse est; cf. VII, 68, 1: *τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον (animum iratum).* Verbum *φραξάμενοι* utrum absolute positum esse (cf. VIII, 35, 4) dicatur an, id quod rectius duxerim, ex superioribus *τὰ ἡμιτέ-*

λεστα audiatur, paullum interest. Itaque sic locus vertatur: *et praeterea in murorum portuumque operibus semiperfectis obsaeptis custodias agebant* (cf. 23, 1; VII, 17, 2; 53, 2).

4, 2 in Laur. scribitur *ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν,* quod h. l. optime convenit, cf. I, 48, 1; II, 83, 3; contra VI, 34, 5 de proposito longius remoto dativus paullo aptior esse videtur.[1]

5, 3: *ἐκ Πελοποννήσου καὶ μετ' ἄλλης παρασκευῆς βουλόμενοι εἰ προσγένοιτό τι κινδυνεύειν]* hanc iuncturam contortissimam omnes adhuc editores usque ab Goellero sic explicaverunt: *quia, si quid* (auxilii) *ex P. accessisset, atque cum alio apparatu periclitari volebant.* Sed offendit sic magnopere interpretatio partic. *καὶ,* cum verba *ἐκ Πελοπ.* cum *προσγένοιτό τι* iungenda sint, sed vbb. *μετ' ἄλλης παρασκευῆς* ad *κινδυνεύειν* referantur; neque auxilium alibi quam Lacedaemone petitum esse scriptum legimus. Itaque potius *καὶ etiam* significare statuendum est, ut haec sententia fiat: *quia etiam alio apparatu adiuncto, si quid ex P. accessisset, periclitari volebant.*

6, 2: *οἱ Μυτιληναῖοι καὶ οἱ ἄλλοι Λέσβιοι προσβεβοηθηκότες ἤδη]* dubito an *προβεβοηθηκότες* scribendum sit; neque enim de ea re agitur, quod ceteri Lesbii Mytilenaeis auxilio venerant, cuius rei iam c. 5, 1 mentio facta est, sed universi eam insulae partem, quam Athenienses insidere volebant, iam praeoccupavisse dicuntur. Cf. Herod. VIII, 144.

7, 1 *περὶ Πελοπόννησον,* quod e Monacensi solo restituit Herwerd., etiam Laur. exhibet.

9, 1 in Laur. omittitur vocabulum *ἄνδρες,* quo facile caremus, cf. c. 13, 1. — In § 2 *(ἴσοι μὲν τῇ γνώμῃ ὄντες καὶ εὐνοίᾳ)* leni mutatione *ἐπινοίᾳ* scribendum esse opinor. Duae enim res afferuntur, quibus nisi societas contineatur firma esse non possit, similitudo sententiae et paritas potentiae; cf. 10, 1 extr., ubi diversitates rerum ex dissensu sententiarum oriri solere legati dicunt. Iam vero id quod sequitur: *ἀντίπαλοι δὲ τῇ παρασκευῇ καὶ δυνάμει* satis ostendit, pro *εὐνοίᾳ* vocabulum sensu verbi *γνώμη* simillimum scriptum fuisse, et optime convenit *ἐπίνοια, consilium, propositum.*

10, 5 Laur. *ἀμύνασθαι* quod antea edebatur exhibet, quod

---

[1] Accusativum etiam VII, 34, 1 restituendum esse censeo, cf. II, 85, 3; 86, 1; IV, 13, 3.

ad aoristum *ἐδουλώθησαν* melius convenit. — § 6. *τοὺς δὲ ὑπολοίπους, εἴ ποτε ἄρα ἐδυνήθησαν, μὴ δρᾶσαι τοῦτο]* recte Krueg. *δυνηθείησαν* (melius tamen Dobreeus *δυνηθεῖεν*, cf. Stahl. qu. gr.$_2$ p. 62) scriptum voluit, haec adnotans: «der Indicativ würde die Möglichkeit ablehnen; unpassend.» Vulgatam defendit Stahlius, cum dicit: «indicativo id [ut potuissent, ut facultas oblata esset] simul negatur factum esse (Lesbii enim et Chii non erant subacti)»; sed ex eo, quod non subacti erant, *facultatem* Atheniensibus non fuisse colligere non licet. Classenium si quis ridere volet, ipsum adeat. — Ceterum paullo supra offendit *praesens* partic. *τοῖς προγιγνομένοις*, pro quo fortasse scriptum fuit *προγενομένοις*, cf. c. 82, 3; nam hoc mendo nullum frequentius est.

11, 3. — *μὴ ἂν τούς γε ἰσοψήφους ἄκοντας κτλ.]* ne quis *ἑκόντας* scribendum esse existimet, praesertim cum exemplum talis breviloquentiae ab Stahlio adlatum (IV, 86, 4), si hunc in Baueri coniectura recipienda sequimur, iam non valeat, locum similem proferre libet ex Demosth. LIV, 32: *οὐδέποτ' ἂν — τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν ἠθέλησαν, εἰ μὴ ταῦθ' ἑώρων πεπονθότα,* ubi haec orator dicit: numquam falsa pro testimonio dicere voluissent (*neque haec quae re vera dicunt dicere voluissent*), nisi cet. Nostri igitur loci haec sententia est: (negantes) *in aequo certe positos invitos* (sibi succursuros fuisse) *eamque ipsam ob rem, nisi —, sibi succursuros fuisse.* — Infra scribitur: — *καὶ τὰ τελευταῖα λιπόντες κτλ.*, ubi Krueg. et Stahl. articulum deleverunt; sed similiter c. 23, 3 *οἱ — οἱ τελευταῖοι καταβαίνοντες* scriptum legimus (Stahlius cod. M. solum secutus prius *οἱ* expunxit, qua scriptura verba *ἀπὸ τῶν πύργων χαλεπῶς* a partic. *καταβαίνοντες* incommode separantur; Herwerd. eodem codice auctore (!) alterum delevit) et c. 85, 1 *(τοιαύταις ὀργαῖς ταῖς πρώταις — ἐχρήσαντο)* collocatio verborum prorsus impedit, ne *ταῖς πρώταις* attributi, *τοιαύταις* praedicati vice fungi putemus (Stahl.); quod si ita esset, haud dubie *τοιαύταις ταῖς πρώταις ὀργαῖς* positum fuisset. Contra VIII, 102, 2 artic. *αἱ* rectius cum *πλέουσαι* iungitur (cf. VII, 81, 4).

12, 1. *ὅ τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχε]* Classenium vocabulum *πίστιν* delentem secutus est Stahlius, quod eo servato sententia minus apta efficeretur; «nam ex mutuo timore fidem nasci non posse.»

At Thucydides ipse c. 11, 1 *τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν* dixit. Kruegero verba *ὅ — εὔνοια βεβαιοῖ* pro *ὅ — εὔνοια ποιεῖ, πίστιν βεβαιοῖ* posita esse statuenti (afferre potuit VI, 33, 6) adsentiri vix licet, cum in tam brevi sententia talis transitus fieri vix potuerit; melius fortasse pron. *ὅ* obiectum interius quod vocatur (cf. Madv. synt. § 27 b) esse dicas, sic locum vertens: *quod alias benevolentia maxime ad fidem confirmandam efficit, id in nobis timor firmum faciebat (= ἠχύρου).* Sermoni tamen sic constructo inconcinnitatem quandam inesse haud negaverim. quae femin. *ἐχυρὰν* scripto facillime tollitur.

—, 3. *ἐπ᾽ ἐκείνους ἰέναι]* optima Kruegeri emendatio, cum libri *ἐπ᾽ ἐκείνοις εἶναι* praebeant. Stahlius nunc Boehmium secutus haec verba expungit, quod significatio *contra aliquem proficiscendi* et rerum condicioni et voluntati Mytilenaeorum, qui suum esse *τὸ προαμύνασθαι* (cf. extrr.) dicant, repugnet; sed eum fefellit, haec verba non ex vera rerum condicione, sed ex casu ficto posita esse. quibus nihil aliud quam periphrasis quaedam verbi *ἀντεπιβουλεῦσαι* contineatur. Cum vero legati veritatis mentionem faciunt *(δεῖ,* non *ἔδει),* non *ἐπ᾽ ἐκείνους ἰέναι,* sed *προαμύνασθαι* ponitur. Neque vero quo modo haec verba irrepere potuerint, satis explicatum est.

13, 1. *μὴ ξὺν κακῶς ποιεῖν αὐτοὺς μετ᾽ Ἀθηναίων]* recte Krueg. docuit, *ξυγκακωσποιεῖν* scribendum esse, quam scripturam cod. M. et manus recens Laur. exhibent. Nam Attici *ἀντευποιεῖν, ἀντευπάσχειν,* alia eiusmodi dixerunt (cf. Matth. gramm. § 594, 2), et si praepositio *ξὺν* hic adverbii vice fungeretur et per se ipsa valeret, et verba quae sequuntur *μετ᾽ Ἀθηναίων* minus commoda essent et potius simplex *ἐλευθεροῦν* positum esset. De *μετὰ* et *ξυν-* coniunctis cfr. VIII, 13; [24, 5; 28, 1]. — § 5. *νομίσῃ τε μηδεὶς ἀλλοτρίας γῆς πέρι οἰκεῖον κίνδυνον ἕξειν]* «ne quis credat, super terra aliena se ipsum periculum aditurum esse». Sensum quendam habent haec quidem; sed cum ea quae sequuntur inspiciemus, *οὐκ οἰκεῖον* scribendum esse apparebit, ut haec sententia fiat: «ne quis credat, *id periculum quod super terra aliena aditurus sit ad se ipsum non pertinere*; cui enim Lesbus procul abesse videtur, ei *ex propinquo* utilitatem afferet». Confirmat correcturam locus simillimus IV, 95, 2: *παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν, ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναρριπτοῦμεν.*

18, 4. *φρούρια δὲ ἔστιν οἳ ἐπὶ τῶν καρτερῶν ἐγκατῳκοδόμηται] οἳ* meliores codd. exhibent (deterrimi *ᾗ*, Laur. manus sec. *ὅπου*), quod propter verba quae sequuntur: *ἐπὶ τῶν καρτερῶν* (nam dissimillimus est locus I, 60, 3, quem affert Stahlius) in *οὗ* corrigendum est, praesertim cum haud raro haec verba in codicibus permutentur, velut I, 50, 3, ubi exquisitior Laurentiani scriptura *οὗ* restituenda est (cf. II, 86, 1). — Miror Stahlium perfectum *ἐγκατῳκοδόμηται* retinuisse, quod neque aliis locis confirmatur neque praesente historico quod praecedit *(περιτειχίζουσι)* satis defenditur; nihil certe eo efficitur, quod *περιετείχισαν — ἐγκατῳκοδόμητο* dici poterat. Coniecturarum propositarum Bloomfieldianam *ἐγκατοικοδομεῖται* et ad sententiam aptissimam et ad memoriam codicum facillimam habeo, quam iam Herwerd. recepit.

20, 1. *ἐσηγησαμένου — Θεαινέτου τε — καὶ Εὐπ.]* Laur. *ἐσηγησαμένων* exhibet, quod vix deterius est, quanquam singularem verbi locus V, 16, 1 *(ἐτεθνήκει Κλέων τε καὶ Βρασίδας)* satis tuetur. Cfr. adn. mea ad VII, 3, 3. — § 2 satis mire *ἐνέμειναν τῇ ἐξόδῳ ἐθελονταὶ τρόπῳ τοιῷδε* scribitur, cum vim adhibitam esse nullo verbo significatum sit (nam id minoris facio, quod hoc verbum quodam modo testimonio [Demosth.] LIX, 103 repugnat, qui *sortitione facta* Plataeensium alios remansisse, alios exiisse dicit); accedit, quod totus locus breviloquentia obscurissima laborat. Itaque suspicor, locum sic fere scriptum fuisse: *ἐνέμειναν τῇ ἐξόδῳ. ἐξῆλθον δὲ τρόπῳ τοιῷδε· κλίμακας κτλ.* — In § 3 ad *ξυνεμετρήσαντο* audiendum esse *τὰς κλίμακας,* nisi etiam in ed. Stahliana scholiasta praeeunte *τὸ τεῖχος* audire perverse iuberemur, verbis *τὴν ξυμμέτρησιν τῶν κλιμάκων* in § 4 positis aperte declarari non proferrem. Verba *ῥαδίως — τείχους* Stahlius unus optime interpretatus est, sed nescio an Thucydides verbis *ἐς ὅ* sensum verbi *ὅσον,* quod scribendum esse ille statuit, tribuerit; cf. I, 123, 1; V, 66, 2 et III, 39, 5 vv. *ἐς τόδε* locali sensu tropice posita. Ceterum interpretatione illius coniectura Didotii *ἀπέχοντος* valde commendatur.

21, 2 pro *ξυνεχῆ* in Laur. scribitur *ξυνοχὴ* (*coniunctio*), quod an recipiendum sit dubito; id unum obstat, quod apud Atticos nusquam alibi, quod sciam, hoc substantivum invenitur.

22, 2. *τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον] τ. ἀ. μόνον πόδα* praebet Laur., quae rarior verborum collocatio fortasse restituenda est,

cf. IV, 108, 5 (4) et Krueg. ad h. l. — § 5 nescio an imperf. *προσέβαλλον*, quod in Laur. extat, ad totam illam rerum condicionem significandam aptius sit, cf. §§ 6—8; quod fortasse etiam c. 52, 2, ubi de incursionibus Peloponnesiorum continuatis agitur, e Laur. restituendum est. — In § 7 vix satis causae est cur plenior scriptura Laur. *ἔξωθεν* (cett. *ἔξω*) reiciatur; de genet. cf. Xen. Anab. V, 7, 21.

29, 1. *τοὺς μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους λανθάνουσι]* haerent editores, dum quae hae Atheniensium naves fuerint explicant; Stahlius et Class., Haasium (lucubr. p. 21) secuti, de «Atheniensibus classe centum navium (c. 16) a Peloponneso redeuntibus» agi putant. Cui opinioni magnopere ratio temporum obstat, cum illam classem anno 428 et profectam esse et (c. 16, 4) domum revertisse, naves autem Peloponnesiacas anno proximo demum deductas esse legamus (c. 26 in.); neque vero de ea classe quam Athenienses ad Lesbum miserunt (c. 18, 3) sermo esse potest, quippe quae et ipsa anno 428 exeunte missa ad Mytilenen pervenerit. Itaque haud dubie Kruegerus sequendus est, qui haec verba *τοὺς ἐν τῇ πόλει ἐκ τῆς πόλεως σκοποῦντας* significare statuit.

30, 2. *καὶ ἡμῶν ἡ ἀλκὴ τυγχάνει μάλιστα οὖσα]* L. Herbstius, quem Classenius sequitur, haec verba sic explicat (Philol. XVI, 305), ut ex iis quae praecedunt: *ἢ ἐκεῖνοί τε ἀνέλπιστοι ἐπιγενέσθαι ἄν τινα σφίσι πολέμιον* adiectivum *ἀνέλπιστος* ad *τυγχάνει οὖσα* audiri putet. Sed haec interpretatio tautologiam minime ferendam habet, nec alios quam Peloponnesios venturos esse suspicari poterant Athenienses; accedit, quod durissima mutatio significationis adiectivi *ἀνέλπιστος* statuenda esset. Neque multo magis placet Stahlius, qui locum sic vertit: *et nostrarum virium robur maxime locum habet;* exempla enim verbi *εἶναι* cum adverbio sic positi, quae quidem ex Thucydide proferantur, parum valent (cf. adn. ad IV, 10, 3), rectissimeque iam Krueg. adnotavit, hanc Peloponnesiorum exsuperantiam, praesertim quae in dubio sit, nullum momentum ad incuriam Atheniensium explicandam *(πολὺ τὸ ἀφύλακτον)* adferre. Ipse *μάλιστ᾽ ἀποῦσα* vel *μάλ᾽ ἀποστατοῦσα* coniecit; equidem *μόλις παροῦσα* scriptum fuisse opinor, ut haec sententia sit: *et nostrae vires re vera aegre aderunt* s. *adsunt;* naves enim in eo erant, ut advenirent. Haec scriptura optime eis convenit, quae de tarda Peloponne-

siorum navigatione c. 29, 1 scripta sunt; de usu vocabuli *ἀλκὴ* cfr. Plut. Them. 4 et 7. Contrario modo VII, 8, 2 in Vatic. *μάλιστα* in *μόλις* transiit. [Gertzius *μάλιστ' ἀργοῦσα* conicit.]

31, 1. *οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι]* adverbium *ἀκουσίως* Thucydides II, 8, 1 vi solita (adverbii *invite*) posuit, qua re permoti Lindau. et alii *ἀκουσίῳ* scribendum esse censuerunt; sed haec significatio (*nolens*) nullo alio loco, quantum scio, comprobatur. Vulgatam defendit Stahlius, cum adiectivum *ἀκούσιος* 40, 1; 82, 2; IV, 98, 6 significatione passiva *(non optatus)* positum esse contendit; quamquam si rem diligentius attendas, his omnibus locis de eo quod quis invitus facit, non de re quae aliquo nolente fit, positum esse invenias. Sed cum adverbium nusquam sic ponatur, fortasse *ἀκουσίους (ingratos)* scribendum est; quae significatio apud recentiores non rarissima est, cf. Luc. dial. mort. 8, 1. — *ἢν ὑφέλωσι]* *ὑφέλωσι,* non *ἀφ.*, recte Laur. et alios codd. secutus scripsit Stahlius, quem emendationem facillimam Dobreei *ἵν'* pro *ἢν* scribentis non recepisse summe miror; certe illud, quod maximum Atheniensium reditum Peloponnesii intercepturi erant, tanti momenti est, ut per se ipsum, non condicionis nomine poni debuerit.

36, 2. *προσξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες — τολμήσασαι παρακινδυνεῦσαι]* sic Class. et Stahl. Vatic. aliosque codd. secuti scripserunt; in cod. Laurentiano et quibusdam aliis (velut Vatic. *γρ.*) *προσξυνελάβοντο* extat, quam scripturam Krueg. recte praetulit. Haec enim omnibus indiciis confirmatur; Thucydides ipse IV, 47, 2: *ξυνελάβοντο δὲ τοῦ τοιούτου οὐχ ἥκιστα — οἱ στρατηγοὶ κτλ.* scripsit (ubi ad similitudinem nostri loci comma ante *κατάδηλοι ὄντες* delendum est), Dio Cass. XLIII, 47, 4 (Bloomfield.) Thucydidem fortasse imitatus verbum *προσσυλλαβέσθαι* cum genetivo iunxit, neque per se ipsa locutio quidquam habet, cur eam reiciamus (de neutro *ἐλάχιστον* adverbii vice fungenti vid. adnot. Krueg.). Contra altera scriptura, quamquam hoc verbum apud Hippocratem extat, neque ullo Thucydidis loco diserte comprobatur et duas res ad explicandum difficiliores habet. Stahlius (31, 2; IV, 34, 1; 35, 4; VIII, 17, 3 coll.) *οὐκ ἐλάχιστον* idem atque *οὐκ ἐλάχιστον μέρος* esse statuit, qua re genetivum insolitum *τῆς ὁρμῆς* defensum vult; sed similitudo certe *οὐ τὸ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς* flagitat. Ad numerum singularem excusandum Class. IV, 26, 5; VIII, 9, 3 attulit, ubi

subiectum numeri pluralis verba *αἴτιον ἦν* vel *ἐγένετο* sequitur; sed horum locorum plane alia ratio est, in quibus numerus verbi praedicato praeposito accommodatus est, qui usus loquendi satis frequenter apparet (cfr. Krueg. gramm. § 63, 6).

37, 2. — *πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ἀρχομένους· οὐκ κτλ.]* hunc locum asyndeto, quod Boehmius locis haud minus controversis III, 63, 2 et IV, 10, 3 adlatis frustra excusare conatur, laborantem emendare sibi visus est Stahlius, cum *ἄκοντες ἀρχόμενοι ὡς οὐκ* mutatione satis violenta scriberet, qua in scriptura collocatio verborum *ἄκοντες ἀρχόμενοι* per se ipsa minime mira propterea, quod *ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς* praecessit, maxime offendit; neque aequabilitatem quandam membrorum (cf. adnot. Stahlii) perspicuitate orationis imminuta restituere attinet. Sed correcturam codicibus pessimis illis quidem insertam, nec tamen ideo reiciendam recipere suffecerit, qua *οἳ οὐκ* scribitur; praeiit Bekkerus. — In § 4 non minus placet scriptura Laur. *τῇ ἐξ αὐτῶν (ipsorum) ξυνέσει*; similiter ex eodem c. 75, 2 *αὐτοῦ* et c. 92, 5 *αὐτῶν* scribere satius est.

38, 1. *ὁ γὰρ παθὼν — τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει]* structura valde laborare mihi videtur, nisi *ὁ παθὼν* subiectum etiam verbi *ἀναλαμβάνει* esse existimabimus, neque vero *ultio poenam repetere* bene dicitur. Itaque partic. *κείμενον,* quod idem fere ac *προτεθειμένον* valet (cfr. 44, 3: *ζημίαν προθεῖσι* cum 45, 3: *κεῖσθαι αὐτὰς*), pro accusativo absoluto habendum est, unde infinitivus *ἀμύνεσθαι* (sic in Laur. scribitur) pendeat; qua infinitivi interpretatione articulus, qui alioquin durissime abest, non requiritur. Verbi *κεῖται* sic cum infinitivo iuncti nullum adhuc exemplum (praeter Demosth. XXIII, 85: — *νόμον, ὃς κεῖται τὸν φεύγοντα δέχεσθαι*) equidem inveni, sed cf. c. 38, 1: *προτιθέναι λέγειν,* Aeschyl. Pers. 371: *στέρεσθαι — προκείμενον,* Herod. V, 62; IX, 52, Aeschin. II, 47; Isocrates XVI, 36 *ἐκγενησόμενον ἄρχειν* dixit, cf. VII, 68, 1. Cum autem participium sic intellectum a verbis *ὅτι ἐγγυτάτω,* quae ad *ἀμύνεσθαι* pertinent, diiungi necesse sit, fortasse *τοῦ παθεῖν* scribendum est (cf. 40, 7: *γενόμενοι ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν*), ut sensus hic fiat: *si proxime ab iniuria (propositum) oblatum erit ut ulciscatur;* et nescio an in vulgari quoque interpretatione genetivus restituendus sit, cum locus II, 89, 10, quem ad dativum tuendum afferunt, prorsus dissimilis sit. Infra Haasius *ὃν* recte delevit, sed dubito

rectene *ἀναλαμβάνει* dici possit (*ἀνα-* Reiskium secuti deleverunt Class. et Stahl.); scholiastes quidem: *ἰσχυρὰν τὴν τιμωρίαν ἂν ποιεῖται* adnotans *ἂν λαμβάνει* legisse videtur, quem secutus *ἂν λαμβάνοι (repetet)* scriptum fuisse coniecerim. — Infra (§ 6) pro *λέγοντος* fortasse melius *λέγοντας* ad *τοῖς τοιαῦτα λέγουσι* relatum scribitur. In § 7 pro *καθημένοις* Krueg. *καθήμενοι* scribi voluit, cum significationem *desidiae* hinc alienam putaret; sed omnia se bene habent, si *θεαταῖς* vocabulo *καθημένοις* appositum esse putamus.

39, 4. *τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ]* durissime *maxime et minimo intervallo insperata felicitas* dici omnes consentiunt. Schol. *ἐξαίφνης καὶ ἀπροσδόκητος* interpretans verba *δι' ἐλαχίστου* et *ἀπροσδόκητος* coniuncta legisse non videtur, ut *μάλιστα ἀπροσδ. καὶ δι' ἐλαχ.* scriptum fuisse veri simile fiat. Correctura Herwerdeni et Weilii verba *μάλιστα καὶ* post *ἔλθῃ* transponentium sermonis duritiem non levat. In iis quae proxime sequuntur *τὰ πολλὰ* nominativum esse Krueg. recte statuit [*ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ,* schol.]; sed haud dubie *εὐτυχοῦνται* scribendum est (cf. VII, 77, 3: *ἱκανὰ — τοῖς — πολεμίοις ηὐτύχηται*), qua re haec sententia fit: *ἃ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ λόγον εὐτυχοῦνται, τὰ πολλὰ ἀσφαλέστερά ἐστιν κτλ.*; de plurali cfr. V, 26, 2; 75, 2; II, 8, 2; VIII, 10, 1 (Krueg. ad I, 58, 1).[1] Idem quaesivit Badhamius audacius *εὐτυχοῦσιν* scribens. — § 6 Laur. cum plurimis *(πάντες γὰρ) ὑμῖν* exhibet, quod certe scriptura Vatic. *(ἡμῖν)* non deterius est, cf. adnot. Arnoldii. — § 7 in partic. *τε,* quam codd. omnes praeter G. solum post *ὑπό* exhibent, an *γε* lateat dubito. — In § 8 scribitur *τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε,* cui sermonis abundantiae Ullrichius *ἐκεῖθεν* scribens mederi conatus est; sed haud dubie hic vocabulum *ἐπετείας* vel *ἐπετείου,* utrumque Atticum, latet, quam correcturam et Herwerd. et Weilium occupasse video.

40, 1. *οὔκουν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν κτλ.]* *προσθεῖναι* consensus Laur. et Vatic. praebet; nec tamen multum in tali re valet librorum auctoritas, cum saepissime praepp.

---

[1] Hanc coniecturam quodam modo locus VI, 13, 1: *ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦνται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα* confirmat, ubi Goellerus inutiliter singularem restitui iussit.

προ- et *προσ-* inter se permutentur (velut 42, 3 libri meliores praeter Laur. *προσκατηγ.* perverse habent, hic codex rursus 44, 3 *προσθεῖσι* pro *προθεῖσι* exhibet). Sed notio *imponendi, addendi* hic, opinor, aptior quam notio *proponendi* est, sicut Soph. O. R. 1460 ed. Dind. (1426) *μέριμναν προσθέσθαι (curam suscipere)* scribitur (Elmsleius *προθέσθαι* scripsit). Contra c. 45, 3, ubi de poenis hominum deterrendorum causa constitutis, non iniunctis agitur, contra consensum codd. *προτιθέντες* scribendum esse (cum Kruegero) existimo, cf. § 1: *ζημία πρόκειται* et § 3: *κεῖσθαι αὐτάς.* — Optimo iure Stahlius c. 38, 2 *(τῷ λέγειν πιστεύσας — ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος)* coll. adiectivum *πιστὴν* defendit; sed cum vocabulum *ἐλπίδα* ad *ὠνητὴν* relatum non de ipsa spe, sed de ea re quae speratur dictum sit, ut concinnitas sermonis servetur, *πιστὴν* non *fretam* valere statuendum est; id potius significat, *quod persuadendo pervinci potest,* ut pro **πειστὴν* positum sit (cf. 43, 2: *τὸν — τὰ δεινότατα βουλόμενον πεῖσαι,* Aristoph. Nub. 77 [Herwerd., qui *πειστὴν* coniecit], Hom. Od. XI, 456), quod verbum Attici non usurpabant. Verbalem adiectivi *πιστὸς* significationem non omnino evanuisse forma *ἐπιθόμην* titulis comprobata (v. Meisterh. gr. inscr. Att. p. 87) veri simile fit. — In § 3, ubi *οἵ τε τέρποντες λόγῳ ῥήτορες* scribitur, *ῥήτορες* delendum esse suspicor; similiter c. 38, 3 pro *ἑτέροις* in Laur. *τοῖς ῥήτορσι* irrepsit. Hic codex solus in § 4 *ἕν τε ξυνελών,* quod recte Stahlius pro *ἓν δὲ ξ.* coniectura posuit, exhibet. — § 5 recte in Laur. scribitur *ὑμῶν.*

42, 3. *χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προκατηγοροῦντες κτλ.]* male Herwerd. correcturam Badhamii *χ. δ' ἐκεῖνοι οἱ κτλ.* recepit; nam partic. *καί,* quamquam loco insolito posita est, quin vim intendendi habens ad superlativum pertineat, non dubitari potest; idem Stahlius *demum* vertens statuisse videtur. Cf. adn. Krueg. ad I, 95, 4. — § 4. *ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθεῖεν ἁμαρτάνειν]* libri *πεισθείησαν ἁμ.* exhibent. Frustra transitus a singulari *(πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο,* sc. *ἡ πόλις)* ad pluralem numerum factus locis 72, 3; VIII, 72, 2 collatis defenditur, quippe qui admodum nullam sententiae perverse intellegendae occasionem praebeant, neque per concinnitatem sermonis *πείσειαν,* id quod Class. coniecit, scribere licet. Haud dubie igitur recipienda est Madvigii coniectura *πεισθείη ξυναμαρτάνειν* (adv. crit. I p. 315, ubi lapsu

calami συναμ. scriptum est), quae c. 43 extr. *(ξυνεξήμαρτον)* plane comprobatur.

43, 2. De scriptura *βουλευόμενον*, quam meliores codd. praeter Laur. praebent, cf. ad VII, 72, 2. — § 4. *ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων]* editores in eo consentiunt, quod haec verba de tempore («per breve tempus», Stahl.), non tropice de loco posita esse volunt; sed hoc verbis quae praecedunt: *τι ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας* pessime convenit. Sentententia haec est: qui *per breve spatium*, non longe prospicitis («deren gesichtskreis beschränkt ist»). cf. VII, 71, 3: *δι' ὀλίγου γὰρ οὔσης τῆς θέας*; cives enim impune *(ἀνεύθυνοι)* peccabant. — In § 5, ubi Stahlius *ἥντιν' ἂν* pro *ἥντινα* scripsit, scriptura a Madvigio proposita *ἥν τινα*, quam (fortasse correctura) Vatic. exhibet, praeferenda esset, nisi et numerus plur. *(τινὰ)* pro singul. positus (v. Stahlii adn. crit.) et magis etiam verba *ἔστιν ὅτε*, quae post *τινὰ* prorsus otiosa essent, offenderent. Ad verbum *τύχητε* Krueg. recte ex iis quae sequuntur *ζημιοῦντες* supplendum esse putabat, sicut Demosth. IX, 54 *κελεύοντες* (cf. Rehd. ind. s. v. *τυγχάνω*) audiendum est. [Gertzius *ἥν τι ἀτυχῆτε* conicit.] — In fine capitis nescio an *αἵ πολλαὶ οὖσαι ξ.* scribendum sit; minime enim h. l. partic. *εἰ*, etiamsi idem atque *ὅτι* (cf. 9, 2) valere existimatur (Stahl.), convenit. Vallam tanquam *αἵ* legerit vertisse Krueg. adnotat.

44, 3. — *τοῦτο ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται κτλ.]* hunc locum sic vertit Stahlius: *quod ad id attinet quod* cet. et eodem modo Class. explicat, cuius tamen usus nullum satis simile exemplum e Thucydide protulerunt; sed melius Poppo et Krueg. *τοῦτο* obiectum participii *ἀντισχυριζόμενος* esse statuerunt, ut universe rationem utilitatis («den gesichtspunkt des nützlichen») significet.

45, 1 nescio an exquisitius in Laur. *ζημίαι πρόκεινται* de poenis in singula quibusque delicta constitutis scriptum sit; nam quo modo singul. in plur. corrumpi potuerit, haud facile intellegitur. — § 3. *παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ — ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται]* valde dubito rectene *poenas transcendere* (i. e. neglegere) dicatur; quod si ita esset, ad *παραβαινομένων* ex iis quae praecedunt *τῶν ζημιῶν* supplendum esset (gloss. Lugd.), qua in interpretatione genetivus quoque paullum offenderet. Sed dicitur *ἀδικεῖν ἀδίκημα*, qua sermonis consue-

tudine etiam locutio *παραβαίνειν ἀδίκημα* gigni potuit (cf. V, 16, 1: *τὴν .. κάθοδον παρανομηθεῖσαν*; 9, 5: *τὰ κλέμματα .. ἃ .. ἀπατήσας*, et Madv. synt. § 26 a), qua re fit ut *τῶν ἀδικημάτων* audiendum esse putem. Quod sequitur *τοῦτο*, mire Stahlius idem atque *τὸ ἐς τὸν θάνατον τὰς πολλὰς ἀνήκειν* esse dixit, quod nullum sanum sensum habet; scribendum est: *ταῦτα* i. e. *talia tamen facinora* (quorum poenae usque ad mortem processerunt) *committuntur*. Eadem permutatio verborum *τοῦτο* et *ταῦτα* VII, 79, 5; VIII, 19, 1 invenitur. Kruegeri coniectura *κἂν τούτῳ* ne obscurior sit vereor. — Infra (§ 4) ubi legitur *αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι κτλ.*, sive *ὀργῇ* (codd.) sive *ὀργὴν* (Stahl.), sc. *παρέχουσα*, scribitur, tenor sermonis interruptus est; cum autem notio *ὀργῆς* propius ad notiones *τόλμης* et *πλεονεξίας* accedat, illud autem *ἀνήκεστόν τι κρεῖσσον* melius cum notionibus *ἀνάγκης* et *ὕβρεως* coniungatur, *ὀργὴν* praeferendum esse videtur. Verba *τῶν ἀνθρώπων*, quae Stahlius seclusit, mire posita sunt illa quidem, sed interpretamentum non sapiunt, et nescio an his ipsis additis pron. *ἑκάστη* facilius ad vb. *ξυντυχίαι* referatur. — In § 5 scripturam *ἐπιβουλὴν* a cod. M. solo praebitam non modo locus I, 93, 6 commendat, sed etiam c. 45, 1: *τῷ ἐπιβουλεύματι*. — In § 6 Laur. *περὶ τῶν μεγίστων τε* praebet, quod quanquam partic. *τε* insolite collocata est aspernari vix licet, cf. IV, 80, 1; VIII, 90, 5.

46, 2. *ἣν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη]* editores in partic. *καὶ*, quam codd. quidam pessimae notae omiserunt, explicanda haerent. Stahlius *etiam post defectionem* vertit, nullo sano sensu; Kruegerus *καὶ* ad *ἣν* rettulit, locum IV, 92, 2 conferens, ubi *εἰ καὶ etiamsi* valet, quae significatio hic minime apta est. Melius Classenius interpretatur: «auch wenn der Abfall geschehen (nicht bloss beabsichtigt) ist»; nempe illud particula significat, defectionem *re vera* effectam esse, etiamsi civitas se superiorem non fore suspicata sit; cf. ad VII, 23, 2. — In § 5 nihil est cur scriptura Laur. *τοὐναντίον* (codd. A. B. F.: *τἀναντία*) repudietur, cf. c. 58, 4.

49, 1. *ῥηθεισῶν δὲ τῶν γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας]* Vallam melius *inter se maxime contrariae* vertisse puto quam recentiores, qui *ἀντιπάλων aequalium, aequi ponderis* valere statuunt. Nam quod Thucydides saepius adiectivum hac insolita significatione posuit, non ideo usitatissima

(cf. lexx.) illi abiudicanda est, quae fortasse etiam IV, 120, 2 invenitur; accedit, quod insolenter hic *πρὸς ἀλλήλας* additum est, cum alias adiectivum absolute ponatur. Adverbium *ὅμως*, quod varie interpretantur editores, quin corruptelam occultet non dubito; fortasse Thucydides *ὁμοίως* (i. e. *οὐχ ἧσσον, pariter*) scripsit, quo civium Atheniensium in suffragiis ferendis eandem quam oratorum in sententiis proponendis diversitatem fuisse significaret.

51, 2. *ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν — εἶναι, τούς τε Πελοποννησίους ὅπως μὴ ποιῶνται κτλ.]* accusativum locis a Classenio adlatis parum defendi, Stahlio prorsus assentior; quod autem ipse *σκοπῶν* ante *ὅπως* excidisse suspicatus est, satis facile fieri potuit hoc quidem, sed cum ea quae infra sequuntur: *τοῖς τε Μεγαρεῦσιν κτλ.* a verbis *τὴν φυλακὴν εἶναι* pendere necesse sit, prius quoque membrum cum his coniunctum esse veri similius est; Krueg. *σκοπεῖν* coniecerat. *Τῶν τε Πελοποννησίων*, quod nimis a librorum memoria discedit, scribere non audeo; sed fortasse Thucydides *τοῦ τε Πελοποννησίου* scripsit, quod propter insolentiam vocabuli facillime corrumpi potuit. Similiter V, 3, 4 *τὸ Πελοποννήσιον* et VIII, 2, 4 *τὸ Σικελικὸν* posuit, nec *ποιῶνται* quod sequitur ullam offensam habet. Herwerd. audaciorem coniecturam Badhamii *ἔς τε Πελοποννησίους* recepit, quae etiam ob articulum omissum minus placet; sequitur enim *τοῖς τε Μεγαρεῦσιν*. — Quod scribitur *οἷον καὶ τὸ πρὶν γενόμενον*, editores, praesertim qui articulum non ad adverbium, sed ad participium pertinere statuerent, coniecturam Kruegeri *τὸν* non recepisse miror.

52, 2. *εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ κτλ.]* adnotat scholiastes: *ἀντίπτωσις, ἤτοι αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς. ἀντὶ τοῦ εἰρημένου γὰρ αὐτῷ εἶπεν*, qua adnotatione perductus Cobetus (ad Hyper. or. fun. p. 68), quem secutus est Herwerd., verba *γὰρ ἦν* delevit. Sed cum scholiastes ipse *γὰρ* in exemplari suo invenisse videatur, hoc spurium vix est; potius verbum *ἦν*, quod ille omisit, in suspicionem vocare licet, et fieri potest ut hoc in codd. nostris inculcatum sit; de verbo *εἶναι* omisso cf. Krueg. gramm. § 62, 1 adn. 6 et VII, 77, 6, ubi *εἰρημένον* pro accusativo absoluto positum esse vix crediderim, cum sic potius *ἀπαντᾶν τε κτλ.* Thucydides positurus fuerit. Inculcatum *ἦν* esse VII, 69, 2 veri simile est, quod recte, opinor, Vatic. solus omittit. Scholiastes

igitur verba *εἰρημένον γὰρ αὐτῷ* (sc. *ἦν*) male intellexisse videtur. — Infra in § 5 scribitur *προτάξαντες σφῶν αὐτῶν Ἀ. κτλ.*, quae verba *suae causae patronos constituentes* Stahlius vertit; sed collocatio verborum potius suadet, ut *σφῶν αὐτῶν* cum iis quae sequuntur coniungantur (cf. adn. Class.). Hoc facto, cum de Plataeensibus patronum suae causae constituentibus *προταξάμενοι* legitimum futurum fuerit, *προστάξαντες* (sc. *εἰπεῖν*) scribendum esse facile apparet; de praeposs. *προ-* et *προσ-* permutatis cf. adn. ad 40, 1.

53, 1. *καὶ ἐν δικασταῖς οὐκ ἐν ἄλλοις δεξάμενοι κτλ.]* emendationem facillimam Kruegeri *ἂν* pro *ἐν* scribentis ab editoribus praeter Herwerd. male repudiatam esse duco. Maxime enim, si scriptura vulgata retinetur, iteratio praepositionis offendit, quae nullis exemplis ex Thucydide petitis satis comprobatur; nam loco VI, 82, 4 *(ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς)*, quem affert Stahlius, in appositione repetitur, cum nostro loco pron. *ἄλλοις* dativo *δικασταῖς* attributi vice fungens additum sit. Accedit, quod in hac scriptura, ut concinnitas in temporibus verborum salva sit, particc. *οἰόμενοι* et *ἡγούμενοι* iungenda sunt, huic porro participium *δεξάμενοι* subiungendum est (cf. Stahl.), quo fit ut et oratio obscurius iusto procedat et *δεξάμενοι γενέσθαι* nihil aliud quam *γενόμενοι (= εἰ γενοίμεθα)* valeat. Sin autem *ἂν — δεξάμενοι* scribitur, hoc idem fere quod *δεχόμενοι* valebit itaque partic. praecedenti *οἰόμενοι* optime respondebit. — Quod infra (§ 2) in codd. scribitur: *ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ ἔλεγχον ἔχει*, membro posteriore satis ostendi puto, *τὰ — ἀληθῆ* subiectum verbi *γίγνεται* esse (cf. Krueg.); quod si ita est, nulla causa *ἐναντίον* scribendi (Class.) erit (de infin. *ἀποκρίνασθαι* cf. Krueg. gramm. § 55, 3 adn. 7). Mire Stahlius, Classenium sane sequens, *ἀποκρίνασθαι ἐναντία γίγνεται* dici potuisse ex ea re colligit, quod Thucyd. I, 125, 2; III, 88, 1 post *ἀδύνατα ἦν* infinitivum posuit, quae locutio plane diversa est. Vulgatam sic verto: *ad quam* (interrogationem) *vera pro responso dicta adversa* (i. e. periculosa) *sunt, falsa autem se ipsa refellunt.* — § 4 nescio an rectius in Laur. solo *λέξεται* (cett. *λελέξεται*) scriptum sit, quae forma tribus locis tragicorum (Soph. O. C. 1186; Eur. Alc. 322, Hec. 906) satis comprobatur. Stahlius ad futurum exactum tuendum Krueg. gramm. § 53, 9 adn. 3 confert (*εἰρήσεται τἀληθὲς* et

simm.); sed simplex h. l. multo aptius est, cf. I, 73, 3: *ῥηθήσεται.*

56, 2. *ὀρθῶς ἐτιμωρησάμεθα κτλ.]* Laur. *ὀρθῶς τε ἐτιμ.* exhibet, quod recipiendum esse puto, ut partic. *τε* ad ea quae infra sequuntur: *καὶ νῦν οὐκ ἂν εἰκότως κτλ.* referatur; de verbis *δι' αὐτοὺς* cf. ad VII, 42, 4. — § 3. *εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ τὸ δίκαιον λήψεσθε]* locus difficillimus necdum satis explanatus. Offendunt, ut de verbis ipsis prius dicam, et insolita collocatio particularum *τε καί,* quae nullis locis confirmatur (II, 71, 1, locum apud Thucydidem minime mirum, frustra affert Stahlius), qua tamen difficultate si Laurentianum partic. *τε* omittentem sequamur liberemur, et omissio articuli in membro secundo facta, qua in re plane dissimilis est locus Demosthenis (XVIII, 31) a Class. adlatus, ubi duo vocabula eiusdem rei uno articulo comprehenduntur (cf. eiusd. XXIII, 17), cum nostro loco de duabus rebus inter se diversis agatur; accedit, quod articulo non repetito adverbium *αὐτίκα* praepositum nullo sensu etiam cum *ἐκείνων πολεμίῳ* iungendum est. *Τὸ ἐκείνων πολέμιον hostile illorum odium* esse volunt, quae significatio et insolita et valde mira est. Krueg. similitudine loci IV, 17, 3 adductus *πολεμίως* scribi iussit, et habet sane haec scriptura quo commendetur, etsi hic adv. *πολεμίως* satis otiosum est; itaque fortasse melius *πολεμίῳ* ex *πολεμίων* ortum, hoc vero glossema pronominis *ἐκείνων* adscriptum esse putabimus. — § 5 post verba *εἰ ἄρα ἡμάρτηται* manus sec. Laur. *τι* inseruit, non male, cum *ἡ ἁμαρτία* vix audiri possit.

57, 1 verbum *ἐπιγνῶναι,* cui notio *aliquid novi, aliquid praeterea decernendi* (cf. I, 70, 2; II, 67, 11) inest, parum convenit, et *περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα* praecessit. Praepositio fortasse dittographia litt. praecedentium *(σθε)* irrepsit. [1]

58, 5. *ἱερά τε θεῶν — ἐρημοῦτε καὶ θυσίας τ. π. τῶν εἱσαμένων καὶ κτισάντων ἀφαιρήσεσθε]* Stahlius, quia *ἐρημοῦτε* pro futuro contracto poni potuisse negat, *ἐρημοῦντες* scribit, ut *καὶ etiam* vertat et genetivum *τῶν εἱσαμένων καὶ κτισάντων* cum verbis *θυσίας τὰς πατρίους* iungat *(sacrificia patria ab eis, qui*

---

[1] § 4 in Laur. perverse *ὠφέλει* scriptum est; in contrariam partem peccaverunt librarii I, 73, 2, ubi *ὠφέλει* rescribendum est: *si* (quidem) *quid conducebat,* quod periclitabamur *(ἐκινδυνεύετο).*

illa [delubra] *fundaverunt et condiderunt, instituta).* Sed quam membrorum aequabilitatem sermoni inesse ille contendit, ea artificiosa demum partitione constitui potest, nec. si sermoni inest, ultimo membro amplificato turbatur. Genetivum τῶν εἰσαμένων durissime cum θυσίας iungi in liquido est, praesertim cum ad ἀφαιρήσεσθε et genetivus et accusativus requirantur, et obiecto personali difficillime caremus. Apparet, Thucydidem eandem rem duabus rationibus ita pronuntiavisse, ut et religionum et cultorum rationem haberet; nam Plataeensibus interfectis et *delubra deorum destitui* (i. e. cultoribus orbari) et *conditores* (i. e. Plataeenses, qui iura conditorum retinebant) *sacrificiis privari* (i. e. ne sacrificia facerent impediri) necesse erat (cf. adnot. Popp.). Neque tamen futurum contractum verbi ἐρημοῦν locis a Classenio adlatis satis comprobatum est, ut fortasse recte Herwerd. ἐρημώσετε scribi iusserit.

59, 2. θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων] Stahlius Dukerum secutus eos deos intellegendos esse putat, «quibus communiter in eadem ara sacra fiunt»; qua in re nulla causa erat, cur eos Plataeenses testarentur. Sed melius scholiastes interpretatur: τοὺς τιμωμένους ἐν τοῖς αὐτοῖς καὶ ὁμοίοις βωμοῖς i. e. quibus universi Graeci in iisdem aris (velut Olympiae, Delphis) vel in sua quique civitate simili modo sacra faciebant, ut fere idem atque quod sequitur κοινοὺς sit. Similiter intellegendum est adiectivum ὁμωχέτης (IV, 97, 4), quod σύνναος et ὁμωρόφιος Suidas et Photius interpretantur. — Verba quae proxime sequuntur: μὴ ἀμνημονεῖν ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων sic fere vertunt editores [Class. solus μὴ ἀμνημονεῖν ad προφερόμενοι durissime refert]: *ut ne obliviscamini eorum* (sc. τῶν ὅρκων), *sepulcris patrum vestrorum supplices sumus,* quae nec Graeci nec humani sermonis esse videns Cobetus (nov. lect. p. 346) post ὑμῶν praepos. πρὸς[1] addendam esse censuit. Sed hac audacia minime opus est, cum poetae, quos sequitur Herodotus (VI, 68: σε μετέρχομαι τῶν θεῶν εἰπεῖν), genetivum nudum verbis *precandi* adiungant (cf. Madvig. synt. § 61 b adn. 2_1) et ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν idem

---

[1] Hanc praepositionem I, 74, 4 ante ὑμᾶς excidisse veri simile est (cf. II, 83, 1); mire enim verba ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἂν αὐτῷ προεχώρει τὰ πράγματα ᾗ ἐβούλετο sententiae praecedenti de Lacedaemoniis positae opponuntur.

quod *ἱκετεύομεν ὑμᾶς* valeat. Ad verbum *ἀμνημονεῖν* subiectum *ὑμᾶς* ex iis quae praecedunt: *ὑμᾶς — πεῖσαι τάδε* audiri vix licet, ubi obiectum verbi *πεῖσαι* est. — § 3. *τὸν ξυντυχόντα κίνδυνον]* «*ὃς ἂν ξυντύχῃ*, als futurum exactum» adnotavit Kruegerus; sed melius scripseris *ξυντυχόντ' ἂν (ὃς ἂν ξυντύχοι)*, quoniam periculum quod eveniet, non quod antequam fiat electio *(ἑλέσθαι)* evenit, significatur (de collocatione cf. Dem. XXIII, 15).[1]

60. *οἱ δὲ Θηβαῖοι — παρελθόντες ἔφασαν κτλ.]* potius *προσελθόντες* scribendum esse (cf. I, 72, 2), Ullrichium iam intellexisse video.

61, 1. *εἰ καὶ αὐτοὶ βραχέως — ἀπεκρίναντο]* offendit verbum nullo subiecto addito positum, ut oratio eorum quae proxime praecesserunt ratione non habita vix intellegi possit; itaque suspicor *οὗτοι* scribendum esse, quod pronomen de *reis* optime convenit *(isti)*, cf. § 2. [In idem Gertzius inciderat.] — In § 2 ex Laur. rescribendum est: *(διάφοροι ἐγενόμεθα) τὸ πρῶτον (ab initio)*.

62, 3. *καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον]* «*modestissimo cuique (reip. cuique optime temperatae) maxime contrarium*» vertit Stahlius; neque tamen quid sibi hic illa comparatio proportionalis, ut hodie dicunt, velit explicavit, et plane aliter positus est superlativus Xen. Memor. I, 2, 53 (*τοῦ οἰκειοτάτου ἀνθρώπου* i. e. hominis vel familiarissimi), quem locum ille affert. Krueg. *τῷ σώφρονι τρόπῳ* audacius coniecit, Herwerd. *τῷ σώφρονι πάντων*; equidem *τῷ σωφρονεστέρῳ* scribendum esse suspicor (de compar. cf. VIII, 48, 6: *βιαιότερον* et VIII, 24, 5 *παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον*, ubi unus codex non deterrimus *ἀσφαλέστατον* praebet; [Demosth.] LIX, 111 fortasse recte Reiskius *σωφρονέστεραι* (codd. *σωφρονέσταται*) scribendum censuit); certe duobus superlativis proxime sequentibus facilius errari poterat.

63, 2. *τῆς — ξυμμαχίας γεγενημένης, ἣν αὐτοὶ μάλιστα προβάλλεσθε· ἱκανή γε ἦν κτλ.]* asyndeton vereor ut partic. *γὲ* posita defendere possit. Nam locorum quos afferunt (I, 40, 4; 70, 2; VI, 86, 3) omnium plane alia ratio est, ubi duo membra per particulas *μέν γε — δέ* inter se opponantur. Reiskius *ἢ ἱκανή*

---

[1] Idem mendum Demosth. XXIII, 17 corrigendum est, ubi particc. *φοβηθεὶς καὶ φυλαξάμενος* vim praeteriti habentia ineptissima sunt; scribendum est: *ὁ τοῦτο τὸ ψήφισμ' ἂν φοβηθεὶς* (i. e. *ὅστις τ. τ. ψ. ἂν φοβηθείη*) *κτλ.*

γε scripsit, sed facilius, opinor, *γε* ex partic. *γάρ*, quam unus cod. deterrimus exhibet, oriri potuit. — Infra (§ 4) verba in codd. tradita: *καίτοι τὰς ὁμοίας χάριτας . . . ἐς ἀδικίαν δὲ ἀποδιδομένας* hunc fere sensum habent: *parem gratiam non referre turpius est quam gratiam cum iniuria non referre.* Recte Kruegerus (cum schol., qui *λείπει ἢ οὐ* adnotat, et Valla) vidit, diversissimam sententiam requiri: *parem gratiam non referre minus turpe est quam gratiam iniustam referre*, et in eandem sententiam Campius (conjectt. p. 17) *καίτοι οὐ τὸ τὰς ὁμοίας χάρ. κτλ.* coniecit; inepte enim *gratia non relata* et *gratia cum iniuria non relata* inter se opponuntur. Sed suffecerit fortasse *ἦ* pro *ἢ* scribere, quo facto haec sententia oritur: (verendum tamen est, ne i. e.) *ita tamen potius se res habet, ut* (beneficio) *parem gratiam, quae cum iustitia quidem contracta sit, sed cum iniuria reddatur, referre turpius sit* (quam gratiam non referre). Verbis *τὰς ὁμοίας χάριτας* antepositis cum maiore quadam gravitate ad *ἴσην τὴν χάριν* (§ 4 in.), quam sese rettulisse praedicabant Plataeenses, respicitur.

64, 1. *ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι, ἡμεῖς δὲ κτλ.]* sic Stahlius e codd. B. E. F. M. edidit, cum codd. A. C. G. *ὑμεῖς δὲ* praebeant, quae scriptura an praeferenda sit dubito. Dicit ille nihil esse, cui *ὑμεῖς* oppositum sit, sed hoc in adiectivo quod praecedit *μόνοι* (sc. *Βοιωτῶν*) latet, et subiectum ideo repeti necesse erat, quia *Ἀθηναῖοι* interpositum erat, ne participium *βουλόμενοι* ad id vocabulum referretur. Verba *τοῖς δὲ* de Graecis dicta esse inepte adnotavit scholiastes; immo pronomina *τοῖς μὲν — τοῖς δὲ (aliis — aliis)* universe posita Plataeenses in sociis eligendis hominum, non causarum rationem habuisse significant. Ceterum nulla in re magis quam in pronominibus *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* permutandis librarios peccavisse satis constat.[1]

---

[1] Qualis est locus I, 33, 3: *τοὺς Κορινθίους — προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ — μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι*, ubi particulas *ἢ — ἢ* pro *μήτε — μήτε* positas esse putavit Classenius, quibus significaretur, Corinthios duas res simul egisse, ut et Corcyraeos malis afficerent et se ipsos confirmarent, quod ad sententiam satis aptum est; sed cum aliis locis (cf. adnot. Stahlii) tum vero loco Sophoclis (El. 1319 sqq.): *ὡς ἐγὼ μόνη οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον· ἢ γὰρ ἂν καλῶς ἔσωσ' ἐμαυτὴν ἢ καλῶς ἀπωλόμην* veri multo similius fit, particc. *ἢ — ἢ* disiunctionem significare, tamquam si *δυοῖν θατέρου* scriptum

65, 3. *καὶ ἐς τὴν αὑτῶν πόλιν φιλίως, οὐ πολεμίως κομίσαντες*] *φιλίους, οὐ πολεμίους* haud dubie scribendum est (quam correctionem Steupium [quaestt. Thuc. p. 34] praeoccupasse video); neque enim de animo eorum Plataeensium, qui Thebanos introduxerunt, sed de Thebanorum, qui introducti sunt, sermo est (cf. § 2: *εἰ . . τὴν γῆν ἐδῃοῦμεν ὡς πολέμιοι*) neque adverbia ad obiectum, non ad subiectum referri licet. Thucydides nusquam alibi de hominibus *φίλιος* posuit ille quidem; sed Plato (Symp. p. 221 b) *τοὺς φιλίους* et *τοὺς πολεμίους* inter se opposuit, quem usum posteriores secuti sunt, vid. Dem. XXIII, 56 et lexx. — In versiculo sequenti quod scribitur: *τούς τε ὑμῶν χείρους μηκέτι μᾶλλον γενέσθαι*, nonnihil adverbium *μᾶλλον (χείρους δηλονότι*, schol.) apud comparativum positum offendit, sed magis etiam *ἔτι*, quod possitne ab negatione seiungi et ad *μᾶλλον* referri (*«noch mehr»*, Krueg.), qua ratione sola acceptum sensum aliquem habet, valde dubito. Latet in *γενέσθαι*, opinor, verbum aliquod vi verbi *ἰσχύειν* praeditum et ad ea quae sequuntur: *τὰ ἄξια ἔχειν* conveniens; sed in praesentia nullum paulo aptius elicio.

66, 1. *κατὰ τὰ πάντων Βοιωτῶν πάτρια*] in Laur. scribitur: *κατὰ τὰ τῶν π. Β. π.*, quod restituendum est, cf. 65, 2: *τὰ κοινὰ τῶν πάντων Β. πάτρια*. — § 2. *ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν παρανόμως διεφθείρατε*] adverbium *ὕστερον* aut cum partic. *ὑποσχόμενοι* aut cum infin. *κτενεῖν* iungi licet, quorum utrumcunque fit plane supervacaneum erit; itaque potius post verba *μὴ κτενεῖν* transponendum est, ut ad *διεφθείρατε* referatur, cf. in § 3: *τῶν ἀνδρῶν τὸν ὕστερον θάνατον*. [Idem Gertzius viderat.] — In § 3 cum in dubio versetur, utrum verba *καὶ ταῦτα* cum vbb. *τρεῖς ἀδικίας* iungenda (Stahl.) an adverbialiter accipienda (Krueg.) sint, fortasse *ταύτας* scribendum est (cf. Madv. synt. § 11 adn. 1).

---

sit (cf. schol.). Iam quam oppositionem duobus membris inesse dicit Stahlius, artificiosior est quam quae Thucydidi obtrudi possit, cum Corinthios etiam Corcyraeis fractis se ipsos confirmaturos fuisse appareat. Itaque *ὑμᾶς* scribendum esse suspicor, ut haec loci sententia fiat: *neve prius* (quam vos aggrediantur, *ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν*) *duobus excidant, quin aut* (nobis, Corcyraeis fractis) *vos debilitent aut* (Corcyraeis sibi adiunctis) *se ipsos confirment.* Similiter II, 11, 9, cum *ἕπεσθε* sequatur, haud dubie *ὑμῖν αὐτοῖς* scribendum est.

67, 5 *παρενόμησαν,* quod Herwerd. pro *παρηνόμησαν* recte scripsit, in Laur. extat. — In § 7 potius *πρὸς τοὺς ξύμπαντας (τὰς) διαγνώμας ποιήσησθε* scribendum est, cum *τὰς* propter similem verbi praecedentis terminationem excidere facile potuerit[1]; articulum hic in re *τοῖς ἡγεμόσι* sollemni aptissime poni, facile omnes concedent. Inutiliter Herwerd. tacitus *πρὸς τὸ ξύμπαν τὰς διαγνώμας κτλ.* scripsit, cf. adnot. Kruegeri.[2]

68, 1. *καὶ ὅτε ὕστερον ἃ — προείχοντο αὐτοῖς κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι κτλ.*] hanc codicum scripturam servari non posse omnes fere consentiunt. Heilmannus *ἃ* delevit, quem secutus Stahlius etiam post *ὡς* particulam *δ'* inseruit, ut *διότι . . ἠξίουν* et *ἡγούμενοι* iuxta ponerentur; equidem verbis *διότι . . τε . . ἠξίουν* verba *καὶ . . ἡγούμενοι* (de mutatione in partic. facta cf. I, 1, 1) respondere potius putaverim, quod una littera deleta per reliquum sermonem fieri licet, si locum sic scribemus: *καί, ὅτε ὕστερον, ἃ — προείχοντο αὐτοῖς, κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκείνας, οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι κτλ.* Femininum *ἐκείνας* optime illud *τὰς παλαιὰς — σπονδὰς* sequitur, et cum *ὡς* saepissime per compendium litterae *ς* simillimum scribatur, ex hac littera facile oriri potuit. Apparet, adverbium *ὕστερον* idcirco non *ante* coniunctionem *ὅτε* positum esse, quia participio *ἡγούμενοι* minus aptum futurum fuisset, quo sententia praesens Lacedaemoniorum significatur. In eandem coniecturam Badhamium incidisse video; qui praeterea ut iam Poppo *ὅτι* pro *ὅτε* scripsit, quod fieri vix necesse est. Nec magis necessarium est *ὃ προείχοντο* (Herwerd.) scribere, cum de tota Plataeensium condicione agatur. — In § 3 pro *ἑκατόμποδον* Laur. *ἑκατόμπεδον* exhibet, quae forma Attica titulis comprobata (C. I. Att. I, 158 b 5) restituenda est; idem c. 75, 3 fere solus *Διοσκόρων,* formam vere Atticam, servavit, quam aliquando agnovit Stahlius (qu. gr.$_2$ p. 46). Similiter ex

---

[1] Contrarium mendum an Hyper. III, col. XXXVI in., ubi *καὶ ὑμεῖς πρόσωπόν τε ποιησάμενοι ὡς οἷόν τε κάλλιστον καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἀκόλουθα κτλ.* scribitur, removendum sit dubito. Longe enim aptius orator dicit, et vultum pulcherrimum et cetera omnia *ei convenientia* facta esse, quae sententia nisi articulo *τὰ* deleto non evadit.

[2] § 3 rectissime Stahlius *κατ' οἰκίας* scribi iussit. Idem error I, 137, 2 corrigendus esse videtur, ubi in Laur. solo *πειθομένῳ δ' αὐτῷ χάριν ἀπομν(ησθ)ήσεσθαι καὶ ἀξίαν* scribitur, quod *κατ' ἀξίαν* esse debet, cf. VII, 77, 3. In ceteris particula, quae vix intellegi poterat, omissa est.

Laur. c. 99 rescribendum est Ἄληκι (cett. Ἁλ.), quam formam auctoritates graviores (cf. adn. crit. Stahlii) tuentur.[1]

78, 3 pro τεταγμένων *(collocatus)* nescio an τετραμμένων *(intentus)* scribendum sit, cf. II, 40, 2; VI, 51, 1; VII, 73, 2; similiter VIII, 92, 4 in uno cod. τετραμμένον in τεταγμένον transiit.

81, 2. λαβόντες τούς τε Μεσσηνίους ἐς τὴν πόλιν ἦγαγον] iure Krueg. et Class. tam collocatione quam notione verbi λαβόντες offensi sunt (nam inutiliter Stahlius II, 67, 3 confert, ubi λαβόντες fere idem ac ξυλλαβόντες valet); neque tamen Classenio assentior, glossemati verborum εἴ τινα λάβοιεν, quae nulla explicatione egent, id tribuendum esse. Potius λαθόντες scribendum esse puto, cum popularibus cavendum fuerit, ne quid novi adversarii qui in urbe remansissent (c. 80, 1) Messenios acciri videntes suspicarentur; sed utrum participium etiam ad ἀπέκτεινον referatur an hyperbaton particulae τε, quam quidem cod. M. Dionysii Halic. omittit, statuendum sit, non liquet. De participio absolute posito cf. II, 4, 4. — In § 4, ubi in codd. scribitur τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν, recte Krueg. adnotavit, crimen non parti soli optimatium, sed omnibus obiectum esse; sed quos locos ad vulgatam scripturam tuendam attulit, vix sufficiunt, ut pro τοῖς cum Madvigio (adv. crit. I p. 316) ὅτι vel ὡς scribendum esse putem. In iis quae sequuntur: ἀπέθανον δέ τινες καὶ ἰδίας ἔχθρας ἕνεκα pronomen τινὲς non subiectum ipsum, sed per appositionem subiecto in verbo ἀπέθανον latenti additum est (*aliqua ex parte*), cf. Madv. synt. § 50 a adn. 4.

82, 1. καὶ ἐν μὲν εἰρήνῃ — πολεμουμένων δὲ κτλ.] participium Stahlius sic vertit: *cum bello premerentur*, sc. populares et optimates (cf. I, 37, 1), ut a verbo πολεμεῖν id ducat et pariter atque oppositum οὐκ ἂν ἐχόντων genetivo casu, non dativo ideo collocatum esse, ut suapte magis vi sententia constaret, contendat; sed offendit tamen, quod dativus ἑκατέροις

---

[1] Etiam VI, 43, 1 e Laur. forma Ionica πεντηκοντέροιν, quam idem VI, 103, 2 [I, 14, 1 et 2 eiusdem manus recentior πεντηκοντορ. scripsit] praebet, fortasse restituenda est, quam quodam modo titulus antiquissimus (C. I. A. II, 827, 6) comprobat, cfr. Meisterh. gr. p. 10. Quod si verum est, etiam IV, 9, 1 τριακοντέρον rescribendum est.

genetivum sequitur, neque genetivus absolutus *οὐκ ἂν ἐχόντων κτλ.* ad hunc excusandum quidquam valet, cum participium *πολεμ.* non huic, sed verbis *ἐν εἰρήνῃ* oppositum sit. Neque magis *Snowius* (act. soc. philol. Oxon. 1885) participium *προκειμένης* ante *προσποιήσει* excidisse suspicans satisfacit, qua in scriptura dativi *τῇ . . κακώσει καὶ . . προσποιήσει* intellegi nequeunt. Melius Kruegerus partic. a verbo *πολεμοῦν* ducens vertit: «*da sie sich verfeindeten* (die Athener und Lakedämonier)», sed potius *πολεμωθέντων* positum fuisset; Classenius satis infinite locum sic vertit: «wenn sie in Kriegszustand versetzt wurden». Equidem, ut membra alterum alteri accurate respondeant, locum sic interpretor: *cum bellaretur*, ut medium verbi *πολεμεῖν* impersonaliter positum esse putem, cf. III, 6, 2; IV, 23, 2; de numero plurali genet. absol. cf. I, 116, 3; VIII, 44, 1, et Matth. gramm. § 563.[1]

—, 2. *μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα]* ad *μᾶλλον* ex iis quae praecedunt partic. *γιγνόμενα* audiri potest illud quidem; sed durissime hic adverbium et adiectivum copulantur, quae coniunctio 4, 2; 13, 2 nihil offensionis habet. Nostrum locum Dionysium Arch. 10, 2: — *πάλαι ποτὲ γεγονότα, ἧττον δὲ καὶ μᾶλλον κτλ.* imitatum esse Bloomfieldius vidit; quo loco adducimur ut ante *ἡσυχαίτερα* adverbium *ἧσσον* ita excidisse putemus, ut aut *ἧσσον ἥσυχα* scriptum fuerit aut in litteris *χαίτερα* aliud adiectivum (*χαλεπὰ*? [«an *ἀτηρά, ἄγρια*?» Gertzius.]) lateat; satis enim insolenter *mala tranquilla* (*χαλεπὰ — ἡσυχ.*) dicuntur. — Ad verba quae infra scribuntur: *ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται* scholiastes adnotavit: *ὡς συνέβαινεν ἑκασταχοῦ,* qua re adductus Krueg. *ἑκάστοις* scribendum esse censuit (de dativo cf. Soph. O. R. 777), quod ad *τῶν ἀνθρώπων* referretur;

[1] Huius similem locum I, 20, 1 afferre libet: *τὰ μὲν οὖν παλαιὰ τοιαῦτα ηὗρον, χαλεπὰ ὄντα παντὶ ἑξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι*, ubi scripturam vulgatam contra Kruegerum *πᾶν τι* conicientem satis tuetur Stahlius, sed minus bene verba *χαλεπὰ ὄντα* ad *τὰ — παλαιὰ* rettulisse videtur. Non enim rebus antiquis, sed testimonio cuilibet fidem tribuere difficile esse apparet, qua re perspecta Reiskius *πιστῶσαι* coniecit; equidem suspicor, verba *χαλεπὰ ὄντα* pro accusativo absoluto idem quod *χαλεπὸν ὂν* significanti habenda esse, sicut saepissime *ἀδύνατά ἐστι* Thucydides dixit, cf. VII, 44, 3: *χαλεπὰ ἦν — διαγνῶναι* et I, 7, 1: *πλοϊμωτέρων ὄντων*, IV, 20, 2: *ὄντων ἀκρίτων*; nec quidquam obstat quominus I, 73, 4 *ἀδυνάτων ἂν ὄντων — ἐπιβοηθεῖν* impersonaliter posita esse statuamus.

sed potius *ἑκάσταις*, ad *ταῖς πόλεσιν,* de quibus agitur, relatum (de plur. cf. v. c. cap. 81, 3), scripsit Thucydides. Ceterum ante *ἀνθρώπων* articulum, quem Vatic. solus exhibet, minime desideramus, cf. lex. Betantii; prave in eodem codice solo c. 3, 6 ante *λιμένων* additur.

—, 3. Nescio an *ἐστασίαζε δ' οὖν* scribendum sit, quibus particulis post verba interposita: *ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ — τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ* apte epanalepsis fit; idem mendum VII, 59, 2 correxit Krueg. — *τὰ ἐφυστερίζοντά που πύστει τῶν προγενομένων πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι κτλ.]* hanc scripturam et codd. optimi et Dionys. Halic. p. 886, 2 exhibent; altera apud eundem pag. 886, 10 legitur, quam recepit Stahlius, cum illam ex libris Thucydideis illatam esse, hanc in suo libro Dionysium habuisse ipsius interpretationibus ostendi dicit. At exempla correctionis contextus Dionysii ex libris Thucydideis facta, quae affert ille (I, 120, 2; 144, 2; III, 82, 6; IV, 78, 2; V, 86; VIII, 64, 5), maiore ex parte prorsus incerta sunt et interpretatio in scripturam nostrorum codd. aeque cadit; sed etiamsi Dionysius, «antiquissimus testis», alteram scripturam legisse putetur, recentiorem tamen eam esse contenderim, quippe quae in omnibus fere verbis indicia duritiei sermonis correcturis levatae prae se ferat. Insolenter *τὰ προγενόμενα* pro *τὰ προγεγενημένα* dictum est, sed dici poterat (cf. *οἱ προγενόμενοι* [Polyb.] et adn. ad c. 10, 6); dure *πολὺ* positum est, sed simili modo pro adverbio Thucydides I, 49, 6; VII, 34, 7 posuit, neque facile quo modo ex *πολλὴν* oriri potuerit intellegitur; genetivus *τοῦ καινοῦσθαι* denique ex sermone Thucydideo plane est (cf. II, 45, 1; VI, 31, 6), cum *ἐς τὸ καινοῦσθαι* ad intellegendum aliquanto facilius sit (nam inutiliter ad *ἐς τὸ* — defendendum locum V, 75, 3 attulit Stahlius, ubi verbum *ἐπιφέρειν* plane diverso sensu [*obiciendi*, non *afferendi*] positum est). Vocabulum *ἐπίπυστις* neque usquam alibi extat nec post *ἐφυστερίζοντα* satis aptum est (Dionysius quidem *οἱ δὲ ὑστερίζοντες ἐπιπυνθανόμενοι* interpretans dixit) et scriptura codicis M., testis non gravissimi, *ἀποπύστει* dittographia ex litteris praecedentibus *(-τα που)* orta deberi potest; quanquam fortasse recte Herwerd. Dionysium hoc solo verbo *(ἐπιπύστει)* recipiendo secutus est.

—, 4. *ἀσφαλείᾳ δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος.]* offendit in hac scriptura valde collocatio vocabuli

ἀσφαλείᾳ, quae locis I, 42, 4; IV, 20, 4 parum defenditur, cum nostro loco particula *δὲ* interposita sermo durior fiat. Kruegerus hac re adductus *τῳ* coniecit, sed medio *ἐπιβουλεύσασθαι* notio *insidiandi* inesse vix potest. Itaque potius scriptura codd. optimorum *ἀσφάλεια* servata e deterioribus quibusdam genetivum *τοῦ* receperim (securitas, *cautio consultandi* i. e. in consultando adhibita).

—, 5. *ἐπιβουλεύσας δέ τις τυχὼν ξυνετὸς καὶ ὑπονοήσας ἔτι δεινότερος]* Stahlius post *τυχὼν* particulam *τε,* quam Dionysium (p. 889) cum vituperatione *οὔτε ὁ αὐτὸς τυχών τε καὶ ἐπιβουλεύσας νοεῖσθαι δύναται* adnotantem legisse opinatur, pessime inculcavit, cum de duobus hominibus, altero feliciter insidiante, altero insidias suspicante, agatur; sin autem *τε* legatur, *ἐπιβουλεύσας* etiam cum *ὑπονοήσας* iungendum sit.

—, 7. *τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα ἐνεδέχοντο ἔργων φυλακῇ, εἰ προύχοιεν —]* quorum *ἔργα* intellegenda sint, dubitant editores. Mihi quidem aptissime sermonibus speciosis adversariorum diligentia in actionibus adhibita opponi videtur, et VI, 40, 2 similiter *τὸ ἔργῳ φυλάσσεσθαι* notioni *τοῦ ἀκούειν* oppositum est (cfr. III, 46, 4: *ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας,* ubi genetivus coniunctivus, non obiectivus est). Quod si ita est, verbi *προύχοιεν* subiectum *οἱ — ἐνδεχόμενοι,* non *οἱ ἐναντίοι* esse veri simile est; sed fortasse Thucydides *εἰ πρόσχοιεν* scripsit: (animo secum cogitantes) *si superiores ipsi fieri possent* (cf. IV, 58: *εἴ πως ξυναλλαγεῖεν*; V, 37, 2: *εἴ πως . . γένοιντο*). — Verborum quae infra sequuntur: *ῥᾷον δ' οἱ πολλοὶ κακοῦργοι ὄντες δεξιοὶ κέκληνται ἢ ἀμαθεῖς ἀγαθοὶ* sententiam non dubito quin Kruegerus (ad Dionys. p. 893) sic interpretans recte acceperit: «vulgus facilius nefarios callidos se dici patiuntur quam bonos simplices», nec magno opere verbo *κέκληνται* cum participio iuncto offendor; sed illud, opinor, obstat, quod propter verborum collocationem illa *κακοῦργοι ὄντες* condicionem non continere vix dici possunt. Itaque potius notio *κακοῦργοι* ad nomen *δεξιοὶ* cogitatione repetenda est, quo facto sensus idem evadit: *libentius autem homines, si nefarii sunt, nefarii callidi quam imperiti boni audiunt.*

—, 8. *πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν]* optimo iure Madvigius (adv. crit. I p. 317) *αἴτιον* delevisse videtur, cum neque facile vocabulum *ἀρχὴ* pro *ἐπιθυμία τοῦ βούλεσθαι ἄρχειν,* quod vult scholiastes, dictum esse possit,

praesertim cum *ἀρχὴ* sic intellectum fere idem ac *πλεονεξία* valeat, nec *ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν* recte dicatur; antiquam glossam *αἴτιον* esse, et schol. et Dionys. p. 894 testantur. Sed fortasse etiam articulus, qui dittographia facillime irrepere poterat, tollendus est, ut ad *ἀρχὴ*, sicut in proximis ad *τὸ πρόθυμον, ἦν* vel *ἐγένετο* audiatur. — Quod infra scribitur: *μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως,* dubitari non potest, quin verbum *καταγνώσεως* ut glossema vocabuli *ψήφου* expungendum sit; neque enim *ψῆφον καταγιγνώσκειν* Graece dicitur et *ψῆφος* saepius de iudicio per sententias facto positum invenitur (cf. v. c. Isae. VI, 4); Thucydides denique alio sensu vocabulum *κατάγνωσις* III, 16, 1 posuit. Nec in exemplari suo scholiastam legisse puto, qui *ἀδίκως καταψηφιζόμενοι* adscripserit. In idem Herwerd. incidisse video.

83, 1. *τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει]* haec verba vulgo sic interpretantur: simplicitas, cuius generositas est maxime particeps i. e. ex qua generositas maxime constat; sed sic accepta magis definitionem notionis *τοῦ γενναίου* quam *τοῦ εὐήθους* afferunt. Equidem sic potius verterim: cuius maxima pars generositas est i. e. *quae maxime e generositate constat* («hvis væsenligste bestanddel er den ædle tænkemåde»). — § 2. *κρείσσους δὲ ὄντες ἅπαντες λογισμῷ ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου]* scholiastes ad h. l. *ῥέποντες (inclinantes)* adnotavit, quem si sequemur, haec sententia erit: cum omnes ratiocinatione ad desperationem (cf. II, 51, 4) securitatis superiores essent (cf. c. 38, 5: *ἄριστοι ἀπατᾶσθαι*) i. e. *cum ratiocinatio omnium eo potius inclinaret, ut securitatem desperarent.* Aliter neque tamen recte, opinor, locum Dio Cass. intellexit, cuius hoc fragmentum (49) extat: *κρείττους ἐς τὸ ἀφανὲς τοῦ προδήλου* [i. e. *ἢ ἐς τὸ πρόδηλον*] *τῷ λογισμῷ γιγνόμενοι,* ut nostrum locum sic accepisse videatur: cum ratiocinatio omnium magis ad insperatum quam ad fidem inclinaret. Stahlius denique verba *τοῦ βεβαίου* pro *ἢ τῷ βεβαίῳ (data fide)* posita esse (cl. VI, 1, 1) putat; quam interpretationem neque schol. *(πρὸς τὸ μὴ ἐλπίζειν πίστιν καὶ βεβαιότητα)* neque Dio tuentur neque sententia, quae, si adi. *κρείσσους* proprio sensu positum esse existimatur, non *cum superiores essent,* sed *cum superiores sibi esse viderentur* flagitat.

84, 1. *καὶ ὁπόσα ὕβρει μὲν — οἱ ἀνταμυνόμενοι δράσειαν]* recte Poppo et Stahlius ad verbum *δράσειαν* particulam *ἂν* re-

quirunt, cuius defectus eis quae sequuntur: *μάλιστα δ'ἂν — γιγνώσκοιεν* iuxta positis ostenditur; sed concinnitas sermonis facit, ut *ὁπόσ'ἂν* quam *δράσειαν ἂν* malim.

87, 2. *ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅ,τι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν]* Laur. exhibet: *ὥστε Ἀθηναίους — μᾶλλον τούτους ἐπίεσε καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν*; pro *τούτους* scribendum est *τούτου*, quod cod. G. solus in reliquis cum vulgata consentiens praebet. Dubium est, utrum verba *τούτου ἐπίεσε καὶ*, quae interpretamentum non sapiunt, in Laur. inculcata an in reliquis codd. omissa sint; certe hoc propter similes terminationes verborum *ἐπίεσε* et *ἐκάκωσε* facile fieri poterat, et verbis *ἐπίεσε καὶ* omissis proximum erat, ut *Ἀθηναίων* pro *Ἀθηναίους* scriberetur; corruptum *τούτους*, quod intellegi non poterat, librarii omiserunt. — In § 4 adverbium *τότε* cum *ἐγένοντο*, non cum *οἱ πολλοὶ — σεισμοὶ* coniungendum est, cum articulo ipso *(οἱ π. σ.)* addito illos terrae motus omnibus notos fuisse significetur; quam ob rem rectius fortasse Laur. *σεισμοὶ τότε* exhibet, quae verborum collocatio cur in ceteris codd. mutaretur hanc causam fuisse opinor, quod vocabulum *σεισμοὶ* artius cum genet. *τῆς γῆς* coniunctum vellent. — Praepos. *ἐν* ante *Εὐβοίᾳ* in plurimis codd. omissam, quae ante litt. *εὐ* facillime intercidere poterat, auctoritate Laur. et Vatic. spreta praetermittere non debuerunt editores.

89, 5. *αἴτιον δ' ἔγωγε νομίζω τοῦ τοιούτου, ᾗ . . , κατὰ τοῦτο ἀποστέλλειν]* iure Meinekius accusativo cum infin. post *αἴτιον* pro enuntiato ab *ὅτι* incipienti posito offensus est, sed minus apte Stahlius *αἴτιον* masculini generis (sc. *τὸν σεισμὸν*) esse statuit; quod si ita esset, certe in enuntiato relativo *ὁ σεισμὸς* non additum esset, neque ullo alio Thucydidis loco *αἴτιον (δὲ)* sic praepositum generis neutri non est, cf. Betant. Equidem putaverim, sententiam infinite formatam per levem anacoluthiam ad verbum ipsum *νομίζω*, non ad *αἴτιον* relatam esse.

90, 1. — *ἐπολέμουν μὲν καὶ ἄλλοι, ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινεν, ἐν τῇ Σικελίᾳ καὶ αὐτοὶ οἱ Σικελιῶται κτλ.]* valde dubito rectene Stahlius et Classenius coniecturam Popponis *ἄλλα* pro *ἄλλοι* scribentis receperint. Nam qui *ἄλλοι — ἐν τῇ Σικελίᾳ* dicuntur, Siculi sunt (cf. Krueg.); quos hoc loco nomine sociorum Atheniensium *(ξὺν τοῖς σφετέροις ξυμμάχοις)* comprehensos esse veri simile non est, cum infra demum (c. 103, 1) eorum sociorum diserte mentionem scriptor fecerit. Dicit igitur, et Siculos et

inter se Siceliotas et sociis adiuvantibus Athenienses bellum gessisse, se vero ea sola, quae ad Athenienses oppugnantes vel oppugnatos pertineant, commemoraturum esse, ut inter se non modo certamina *(ἃ δὲ λόγου μάλιστα ἄξια —)*, sed etiam certantes opponi appareat. Verba quoque *ὡς ἑκάστοις ξυνέβαινεν (ut quibusque occasio contigerat)* scripturae *ἄλλοι* paulo aptiora esse videntur. Madvigius (adv. crit. I p. 317) *ἄλλοι* retinens partic. *καὶ* ante *αὐτοὶ οἱ Σ.* positam deleri censuit; sed mihi quidem sermo sic minus bene tornatus videtur, cum Thucydides potius *καὶ οἱ ἄλλοι Σικελιῶται* positurus fuerit.

95, 1. *ἀκόντων Ἀκαρνάνων]* Laur. solus *ἀκόντων τῶν Ἀκαρνάνων* exhibet, quod recipiendum puto, cum *τῶν* post *-των* facillime intercidere potuerit; similiter VIII, 3, 1 Vatic. solus *ἀκόντων τῶν Θεσσαλῶν* recte praebet. Sed melius, opinor, VII, 86, 2 *ἄκοντος Γυλίππου* sine articulo, quem Vatic. idem solus addit, in edit. Popp. Stahlius scripsit.

98, 4. *τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος καὶ ἡλικία ἡ αὐτὴ οὗτοι βέλτιστοι δὴ ἄνδρες — διεφθάρησαν]* rectissime ante *οὗτοι* interpunctionem sustulit Haasius (lucubr. p. 7); sed quid hic sibi verba *ἡλικία ἡ αὐτὴ*, quae nihil aliud quam *ὁμήλικες* valere possunt, velint, vix intellegitur; nam Classenius «*von gleichem (kräftigen Mannes-)Alter*» interpretans verbis traditis nimiam vim tribuit. Fortasse Thucydides scripsit: *ἡλικία ἡ πρώτη* (*aetatis praestantissimae*, cf. IV, 95, 3); cfr. VI, 55, 2, ubi pro *αὐτῇ* in omnibus codd. *πρώτῃ (α'τῃ)* scriptum est, et emendatio Plut. Rom. 4 a Wilamow. facta (Momms. Röm. Forsch. 2. p. 13).

103, 1. *οἱ δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ Ἀθηναῖοι — ἐπελθόντες]* Krueg. et Class. participium cum verbis *ἐπ' Ἴνησσαν* iungunt, quod per longum verborum intervallum fieri vix licet. Potius *ἐξελθόντες* (*profecti*, cf. V, 54, 3) scribendum est.

107, 1. *ἐς τὸν Ἀμπρακικὸν κόλπον] κόλπον*, quod exhibent codd. A. C. G., omittunt codd. B. E. F. M., male expunxisse videtur Stahlius; Thucydides enim Ionium sinum solum, omnium et notissimum et sermonibus hominum pervulgatissimum, eumque non semper (cf. Betant. et adnot. Stahlii) vocabulo *κόλπου* non addito *τὸν Ἰόνιον* appellavit, ceteros autem sinus, *τὸν Τυρσηνικὸν, τὸν Ἰασικὸν, τὸν Μηλιακὸν*, alios nisi plene non nominavit, hunc ipsum Ambracicum I, 29, 3; 55, 1; II, 68, 3; IV, 49. — § 3. *ὅπως — ἐξαναστάντες οὗτοι κατὰ νώτου γίγνωνται]* mire scribitur

οὗτοι, ut quibus nulli oppositi sint. Haud dubie *οὕτω* scribendum est, de quo adverbio post partic. posito cf. 96, 2; IV, 88, 1; VI, 61, 4.

108, 1. *τὸ κατ' Εὐρύλοχον καὶ ὃ κράτιστον ἦν]* quinam *alii* apud Eurylochum collocati fuerint, non liquet (cf. fin. cap. praec.), neque vero, id quod Class. vult, de militibus Eurylochi solis, si scriptura tradita servatur, cogitari potest (nam aliter IV, 33, 1 *οἱ περὶ τὸν Ἐπιτάδαν καὶ ὅπερ ἦν πλεῖστον κτλ.* dictum est). Suspicor, *ὃ καὶ* scribendum esse: quae exercitus pars *vel* validissima erat, cf. V, 106; III, 42, 3. — Infra scripturam codd. C. E. G. *ἐπεξῆλθον* scripturae *ἐξῆλθον*, ne loco I, 70, 7 quidem, ubi in eisdem codd. et M. *ἐπεξέλθωσιν* extat, satis comprobatae, recte Haasius et Ullrichius praetulerunt, cf. I, 84, 3; V, 9, 10; 100. — In § 2 frustra editores scripturam codicum *ἀπεδίωξαν* tuentur, cum ei notionem *ex loco pugnae* s. *ex campo*, quae nulla est, inesse volunt. Thucydides verbum *ἀποδιώκειν* VI, 102, 3 de hominibus finem persequendi facientibus posuit, quae significatio hoc loco minime apta est. Scribendum esse *ἐπεδίωξαν* iam Haasius (l. l. p. 62) vidit, nisi quis *κατεδίωξαν* praetulerit, cf. IV, 25, 11: *κατεδίωξαν τοὺς Μεσσηνίους πάλιν ἐς τὴν πόλιν.*

109, 1 fortasse de clade modo commemorata *μεγάλης (τῆς) ἥσσης γεγενημένης* scribendum est.

111, 2. — *καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι μὲν ἐτύγχανον οὕτως ἀθρόοι ξυνελθόντες ὡς ἔγνωσαν ἀπιόντας ὥρμησαν καὶ αὐτοὶ]* locus haud dubie corruptus et coniecturis plurimorum temptatus. Mutatione haud ita magna Madvigius (adv. crit. I p. 318) *ὅσοι ἐνετύγχανον αὐτοῖς* scripsit, sed potius ei, qui in urbe remanserant, quam ei, quibus qui egressi erant obviam fiebant, scriptori significandi erant Qua re perspecta Stahlius *μὲν* in *μένοντες* «emendavit»; sed in hac scriptura adverbium *οὕτως* («*ita*, eo quod Mantinenses et quibuscum pactum erat exibant») prorsus languet, quam difficultatem Classenius audacissime *μονούμενοι* pro *μὲν* scribendo tollere conatus est. Ego vero Thucydidem pro *μὲν μή*, pro *οὕτως τούτοις* (hoc iam Herwerd. coniecerat) scripsisse suspicor, cumque Ambraciotas ceterosque in re subita ad deliberandum cunctos convenisse veri minime simile sit, scripturam codicis Laur. *ξυνεξελθόντες* recipiendam (cf. § 1: *ἐξελθόντες ὑπαπῆσαν*) et ex adiectivo *ἀθρόοι* aliud no-

tione *fallendi, latendi* praeditum eliciendum esse putaverim; proximum fuerit *ἄθροοι (sine tumultu)*, quod apud Eustathium (p. 1387, 10) extat. Id solum offendit, quod apud imperf. *ἐτύγχανον* partic. *aoristi* pro partic. perfecti insolenter positum est. Locum igitur sic verto: *Ambraciotae autem et ceteri, qui non cum his silentio ex urbe egressi erant, ubi eos abire viderunt, et ipsi progressi sunt* cet.

114, 1. *μετὰ τὴν τῆς Αἰτωλίας ξυμφορὰν]* melius *ἐκ τῆς Αἰτωλίας*, quod Laur. et Pal. praebent, scripseris, cf. 102, 3; nam praepos. *ἐκ* interpretamenti loco irrepsisse veri minime simile est, cum interpretes potius *ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ* posituri fuerint, id quod in codd. deterrimis factum est.

115, 3. *οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ξύμμαχοι πλεύσαντες ἔπεισαν κτλ.]* nescio an *πέμψαντες* scribendum sit, cf. c. 86, 3 et simile codicum mendum VI, 62, 5. — § 6 in Laur. (Pal., Aug.) certe non deterius *ἀπεχώρησεν* scriptum est.

116, 1 praeter Monac. Laur. quoque exhibet *ὑπὸ τῇ Αἴτνῃ*, quam scripturam recte, opinor, Meinekius (in Herm. vol. III p. 354) defendit et Herwerd. recepit.

Liber IV.

2, 3. *καὶ Πελοποννησίων αὐτόσε νῆες ἑξήκοντα παρεπεπλεύκεσαν]* haud scio an Classenio *προεπεπλεύκεσαν* scribenti assentiri non necesse sit; Thucydides enim saepissime verbum *παραπλεῖν* de navigatione praeter oram aliquam facta ponit (cf. ad VIII, 101, 3), neque si supra hoc verbum proprio sensu *praetervehendi* (in quo scilicet notio *praeter-* praevalet) positum est, ideo hoc loco notione paulum immutata esse non potest, omnemque ambiguitatem *αὐτόσε* additum tollit. Quod autem naves Peloponnesiacae infra (c. 3, 1) iam Corcyrae esse dicuntur, Peloponnesios Atheniensibus praevenisse plusquamperfecto satis declaratum est. — In § 4 pro verbis *ἣν βούληται* post *αὐτῷ δεηθέντι* satis otiosis *ἂν βούληται (ad ea quae velit)* scriptum fuisse suspicor.

3, 2. *(ἐπὶ τοῦτο γὰρ ξυνέπλευσε)]* recte hodie pro *τούτῳ τοῦτο* scribitur, etiam cod. Laur. comprobatum. Idem *ξυνεκπλεῦσαι* exhibet (eiusdem scripturae vestigia sunt *ξυνέκπλευσε*

in M., *ξυνέπλευσαν* in E.), quod cum difficilius ex illa scriptura oriri potuerit praetulerim; nam Classenius (cuius adn. crit., si placet, videatur), cum Demostheni talia dicenti ne pertinacia collegarum resistentium augeretur verendum fuisse dicit, oblitus est, illum summo populi Atheniensis favore tunc vigentem cum magna auctoritate causam qua motus profectus esset, a populo comprobatam (cf. 2, 4: — *περὶ τὴν Πελοπόννησον*), proferre potuisse. — Scripturam unice veram *αὐτό τε* (cett. mell. *αὐτὸ τότε*) Laur. exhibet.

4, 1. — *ὁρμὴ ἐνέπεσε περιστᾶσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον]* recte Poppo pro *ἐσέπεσε*, quod etiam Laur. praebet, *ἐνέπεσε* scripsit. Summopere miror, interpretationem verbi *περιστᾶσιν*, quam protulit Heilmannus: *mutata sententia* (cf. I, 32, 4), editores recentiores aspernatos esse. Arnoldius loco Euripidis (Bacch. 1106) collato *circumstantes* vel *undique accurrentes* vertit, quarum notionum altera nostro loco obiectum prorsus requirit, quod certe *τὸ χωρίον* esse nequit (nam aliter V, 7, 3 verbum *περιστῆναι* de Cleone Amphipolim circumsedenti dictum est), altera ex illa duci non potest; Classenius vero *διαστᾶσιν*, non *περιστᾶσιν* vertit («sich rings herum auf alle Punkte — vertheilen»).

8, 5. *προσδεχόμενοι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Ζακύνθου — βοήθειαν κτλ.]* Laur. *προσδ. δὲ τὴν ἀπὸ τῆς Ζ. κτλ.* exhibet, fortasse melius; nam partic. *καὶ* hic otiosa est, praesertim cum infra *ἐν νῷ εἶχον — καὶ κτλ.* dictum sit; qua re intellecta Valla semel modo eam vertit. Articulum ante *Ζακύνθου*, quae insula supra bis commemorata est, iam Stahlius recepit.

9, 2. *σφίσι δὲ τοῦ τείχους ταύτῃ ἀσθενεστάτου ὄντος ἐπισπάσασθαι* (sic codd.) *αὐτοὺς ἡγεῖτο προθυμήσεσθαι]* interpretationem Stephani *(putabat fore, ut hoc eos ad audendum aliquid alliceret)*, quam adgnovit Classenius, satis refellit Stahlius, cuius adn. videatur; quod autem idem Dobreeum verbo *προθυμήσεσθαι* deleto *ἐπισπάσεσθαι* scribentem secutus est *(ubi — fore putabat, ut allicerentur)*, Madvigius (adv. crit. I p. 318) recte docuit, Demosthenem ipsum Lacedaemonios ad locum infirmissime munitum allicere noluisse, quae notio alliciendi verbo *ἐπισπάσεσθαι* etiam passive intellecto inest; neque vero *προθυμήσεσθαι* interpretamentum verbi *ἐπισπάσεσθαι* esse facile credas. Madvigius *ἐπιβήσεσθαι* coniecit, qua in scriptura cum alia tum

infinitivus futuri e verbo *προθυμεῖσθαι* pendens offendunt. Equidem suspicor, pro *ἐπισπάσασθαι* scribendum esse *βιάσασθαι*, ut ex verbis quae praecedunt *ἀποβαίνειν* audiatur (cf. III, 20, 1) vel absolute positum esse putetur (cf. v. c. IV, 48, 2; VII, 69, 4); de infin. *aoristi* apud *προθυμεῖσθαι* posito cf. IV, 12, 2. Sequitur, ut in § 3 sententia: *ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν ἁλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι* non ex partic. *ἐλπίζοντες*, id quod inde ab Haackio editores statuerunt, sed e verbo *ἡγεῖτο* quod audiendum est vel potius *ἡγοῦντο* pendeat, ut his verbis causa non cur eam loci partem infirme muniverint, sed cur hostes ibi potissimum vi aditum effecturos esse putaverint significetur. — Ceterum nescio an scriptura Laur. *κρατήσεσθαι* praeferenda sit, cf. Krueg. gramm. § 39, 11 adn. 1 et simile codd. mendum VIII, 75, 2.

10, 1. — *ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος]* male Stahlius, cui Herwerd. assentitur, post verbum *ἐναντίοις* *ὡς* addidit, fragmento Cassii Dionis (55, 7) nisus, cuius praeter vocabulum *ἀπερισκέπτως* solum nulla fere cum nostro loco similitudo est; neque verba *καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος* ad *cogitationes* militum apte referuntur, quippe qui non *λογιζόμενοι*, sed *ἀπερισκέπτως* periculum adire debeant. Immo optime Demosthenes causam, cur milites sic animatos esse ipse velit, adfert. — § 3. *μὴ ῥαδίως αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως]* nescio an male adverbium pro adiectivo substitutum sit; codd. enim A. et C. (hic manu prima ex *-ως* correctum) *ῥαδίας* cum Dionysio (p. 798) praebent, sicut eidem VII, 4, 4 *(ῥᾴων)* et A. B. C. E. F. VII, 28, 1 *(θᾶσσων)*, et talis adverbiorum usus a consuetudine sermonis abhorret. — Infra verba *ἐπὶ ταῖς ναυσὶ* scholiastam secuti *(ἐπὶ τῶν νεῶν)* male *in navibus* editores vertunt; immo valent: *apud naves, ἐν αὐτῇ τῇ ἀποβάσει.*

11, 4. — *καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν μὴ ξυντρίψωσιν]* frustra ad interpretationem: *navium causa cavebant* tuendam loci I, 77, 3; II, 62, 3; 65, 4 afferuntur, qui omnes a nostro prorsus differunt. Neque melius scholiastes *τινὰς τῶν νεῶν* interpretatur, cum omnes naves eodem modo periclitatas esse appareat. Madvigius (adv. crit. I p. 318) notionem partitivam, quam genetivo inesse ille vult, hic prorsus ineptam esse contendens pro *μὴ ξυντρίψωσιν* substantivum *ξύντριψιν* scribendum esse

statuit; equidem tamen haud scio an, ut *διαιρεῖν τοῦ τείχους* (V, 2, 4) et *συντριβῆναι τῆς κεφαλῆς* (cf. Madv. synt. § 51 d et adn.) dicuntur, sic *τῆς νεὼς ξυντρίβειν* Graece dici potuerit. Nam unusquisque trierarchorum id cavebat, *ne quid navis suae confringeret*. — Paulo ante scriptura Laur. *που* (cett. *πῃ*) vix deterior est.

12, 3. — *Ἀθηναίους μέν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Λακωνικῆς ἀμύνεσθαι]* temere Classenius, quem Stahl. et Herwerd. sequuntur, *τε* expunxit. Nam sollemne est illud quidem, ut cum locutio *καὶ οὗτος* usurpetur partic. *τε* non ponatur, velut VII, 75, 5 et sescenties; sed nostro loco notissimum Thucydidis orationis concinnae studium, cum infra *ἐκ νεῶν τε καὶ ἐς τὴν ἑαυτῶν πολεμίαν οὖσαν κτλ.* positurus esset, ut *τε* praeter frequentiorem loquendi usum adderetur effecit. Cf. I, 35, 5: *οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν [ἦσαν] — καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς κτλ.*, ubi Stahlius verba *καὶ ναυτικῆς κτλ.* ad partic. *τε* referri perperam iubet, quasi de commodo quodam (cf. supra *τὰ ξυμφέροντα*) agatur.

14, 2. — *καὶ ἐν τούτῳ κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἕκαστος, ᾧ μή τινι καὶ αὐτὸς ἔργῳ παρῆν]* contra Arnoldium *ᾧ — τινι — ἔργῳ* cum *ἐν τούτῳ* coniungentem bene Stahlius et verba *ᾧ* et *τινι* mire separari et Thucydidem pronomine *οὗτος* praecedente *ὅστις* pro *ὅς* ponere vix potuisse monet. Levior fieret oratio, si Popponem (II, 8, 4 coll.) *τις* pro *τινι* scribentem sequeremur; sed recte Stahlius ne nimium locorum similitudini tribuatur cavendum esse censet. Itaque melius, opinor, Kruegerus (cf. Krohl. quaestt. Thucc. I p. 8) *τινι* ad *ἔργῳ* ita rettulit, ut ad *ᾧ* ex superioribus *ἐν τούτῳ* praepositionem *ἐν* audiri vellet; sed Thucydidem *qua in re non et ipse operae alicui interesset* scripsisse ut credam vix adducor, quam ob rem sic potius verterim: *cui rei non et ipse* (opera aliqua i. e.) *aliquid agens interesset*.

17, 1. *ὅ τι — ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν ὡς ἐκ τῶν παρόντων κόσμον μάλιστα μέλλῃ οἴσειν]* verba *ἐς τὴν ξυμφορὰν* pariter supervacanea et inepta sunt; nam *τὰ παρόντα* nihil aliud quam ipsa illa calamitas est et mire aliquid Lacedaemoniis *ad calamitatem*, quantum per statum rerum praesentem fieri potuerit, *honestum* futurum esse dicitur. Glossema («ad calamitatem spectant») verborum *ὡς ἐκ τῶν παρόντων* esse existimo. — In verbis extremis capitis: *ἐκ τοῦ εἰκότος* corruptelam latere, certum habeo;

requiritur enim significatio eius rei quae Lacedaemoniis accidit (velut *γεγονότος*); sed in praesentia nihil paulo aptius eruo.

18, 4. — *τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο]* Haasius, quem editores sequuntur, *secundas res inter ambigua tuto posuerunt* vertit, qua in interpretatione cum alia tum oxymoron displicet. Fortasse scribendum est *ἐς ἀναμφίβολον*: commoda in indubio caute [cf. III, 56, 5; 82, 4] collocaverunt i. e. *ex commodis utilitatem certam caute quaesiverunt.* [«An *ἐξ ἀμφιβόλων* fuit?» Gertzius.] — Paulo post in verbis corruptis *τούτῳ ξυνεῖναι* explicandis frustra moliuntur editores, quorum adnotationes, si placet, ipse videas. Fortasse Thucydides *τοῦτο ἰσχὺν εἶναι* scripsit: (qui) *vigorem* (verum) *non id esse, bellum ex quanta eius parte quis velit, sed ut fortunae casus ipsos regant gerere putant*; cf. verba in fine capitis posita: *ἀκίνδυνον δόκησιν ἰσχύος κτλ.*

19, 1. *εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν]* optativus *διαφύγοιεν* partic. *ἂν* non addita positus defendi vix potest. Nam ne ex coniunctivo deliberativo ortum eum esse putemus, id quod Classenius ei optativi deliberativi in enuntiatis obliquis positi cognationem quandam inesse (I, 25, 1; 63, 1 coll.) dicens significavit, impedit praecedens participium *praesentis* temporis *ἡγούμενοι*, cum verbum *προκαλοῦνται* in initio totius periodi positum pro praesenti historico haberi posse vix crediderim. Neque si in posteriore membro condicio *(ἐκπολιορκηθέντες)* praeposita, in priore rursus postposita est *(παρατυχούσης τ. σ.)*, ideo partic. *ἂν* hic carere possumus, quae post *βίᾳ* (Krueg.) vel *διαφύγοιεν* inserenda est (Herwerd. *ἂν* quod ante *χειρωθεῖεν* est male expunxit). — In § 4 articulum *τὰ* ante *μέτρια (modice) διενεχθέντας*, quem omittit Laur., loco VIII, 84, 5 allato male defendunt editores, ubi *τὰ μέτρια (δουλεύειν)* plane alio sensu *(= τὰ δίκαια)* positum est; prorsus vero dissimilis locutio *τὰ πλείω* (IV, 117, 1; VII, 63, 2) est. Cfr. V, 111, 4: *μέτρια προκαλεῖσθαι* et Eur. Suppl. 556: *ἀδικουμένους — μέτρια.*

20, 1 pronomen *ἡμᾶς (δὲ στερηθῆναι κτλ.)*, quod recte Stahlius restituit, in Laur. manu secunda demum in *ὑμᾶς* correctum est. – Infra (§ 2 extr.) hodie vulgo scribitur: *καταλύσεως δὲ γιγνομένης κτλ.*, sed Laur. aoristum *γενομένης* exhibet, quem propter futurum quod sequitur *προσθήσουσιν* praetulerim:

si reconciliatio facta erit, vobis gratiam habebunt. — § 3. — *αὐτῶν τε προκαλεσαμένων χαρισαμένοις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις]* editores vertunt: «et cum vos gratia potius quam vi usi fueritis»; sed cum Athenienses adversus Lacedaemonios necessitatem adhibere posse inepte dicantur, sententiam, opinor, hanc esse necesse est: *et potius gratificati quam coacti,* quam praebet Laur., in quo *βιασαμένων* (sc. *αὐτῶν, τῶν Λακεδ.*) scribitur. Causa mendi in cett. codd. facti in conspicuo est.

21, 1. *τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ — διδομένης δὲ εἰρήνης κτλ.]* post *ἐν* particulam *μὲν* excidisse suspicor, cum partic. *δὲ* non habeat cui respondeat.[1]

22, 2. *ἀλλὰ εἴ τι ὑγιὲς διανοοῦνται, λέγειν ἐκέλευσεν ἅπασιν]* supra sane *τῷ μὲν πλήθει οὐδὲν ἐθέλουσιν εἰπεῖν* praepositione non addita scribitur; sed cum verba quae proxime sequuntur: — *οὔτε σφίσιν οἷόν τε ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν* inspiciemus, *ἐν ἅπασιν* (cf. V, 84, 3: *ἐν ταῖς ἀρχαῖς .. λέγειν*; VI, 25, 1: *ἐναντίον ἁπάντων*) scriptum fuisse veri simile fit; nam facillime praep. *ἐν* post *-εν* excidere poterat. Cobetum correcturam praecepisse video.

23, 2. *Πελοποννήσιοι δὲ ἔν τε τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδ. καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει]* Stahlius codd. A. B. E. M. secutus partic. *τε* expungit, cum «haec non diversa, ut *τε — καὶ* particc. discerni possint, sed coniuncta» esse dicit. Sed apte custodia Peloponnesiorum castra habentium et impetus ab eisdem in munitiones Atheniensium facti inter se opponuntur. De *τε* part. ante litteras *τη-* omissa cfr. VII, 29, 2; 33, 3; 70, 7. — Paulo ante melius fortasse *ἁπάσαις* scribitur, ut idem subiectum verbi *περιώρμουν* atque participii *περιπλέοντες* fiat.

24, 5. — *ἐκ μεγάλων πελαγῶν — ἐσπίπτουσα ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ]* pronomen *αὐτὸ* ad superius *τοῦτο* (i. e. *ὁ πορθμὸς*) referri potest illud quidem; sed offendit, quod *ἡ θάλασσα* illud ipsum fretum est (cf. huius § in.). Potius scribendum est *ἐς ταὐτὸ* (de forma cf. 64, 2): *in eundem locum.*

25, 9. *οἱ Λεοντῖνοι σφίσι καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ξύμμαχοι]*

---

[1] Dubito an eadem partic. I, 10, 2 post *Λακεδαιμονίων* interciderit; vis enim argumentationis non eis solis, quae de urbe Lacedaemoniorum dicuntur, sed comparatione urbium Lacedaemoniorum et Atheniensium (v. infra *Ἀθηναίων δὲ κτλ.*) facta continetur.

articulum ante *ἄλλοι* omiserunt codd. A. B. F. M., quos ideo sequuntur Stahlius et Classenius, quod qui illi socii fuerint antea non significatum sit. Sed III, 86, 2 universe civitates Chalcidicae (velut Catina) Leontinis sociae fuisse dicuntur, et infra (§ 10) *Λεοντῖνοι καὶ οἱ ξύμμαχοι* similiter dictum est.

26, 5. — *καὶ εἴ τι ἄλλο βρῶμα, οἷον ἂν ἐς πολιορκίαν ξυμφέρῃ]* Laur. *οἷαν* i. e. *οἷ' ἂν* exhibet, quae scriptura fortasse ut exquisitior praeferenda est; de plurali cf. Madv. synt. § 99 c. — Infra (§ 7) quod scribitur: *ἐπώκελλον γὰρ τὰ πλοῖα τετιμημένα χρημάτων,* particula causam cur naves illiserint ilotae significante haud facile caremus, ut fortasse *πλοῖα (ἅτε) τετιμημένα* scribendum sit.

27, 2. *πάντων δὲ ἐφοβοῦντο μάλιστα —]* haud dubie melius in Laur. *πάντων τε* scribitur, cum hoc membro postrema causa cur Athenienses solliciti fuerint afferatur; cf. Krueg. ad I, 4. — In § 4 verborum: *γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταὐτὰ λέγειν οἷς διέβαλλεν ἢ τἀναντία εἰπὼν ψευδὴς φανήσεσθαι* enarrationem vix cuiquam probaverit Stahlius, qui *οἷς* generis neutri esse putat et *φανήσεσθαι* cum verbo *γνοὺς* coniungit; neque enim Cleoni verendum erat, ne crimina quae obiecisset premere («in Uebereinstimmung mit seinen Anschuldigungen zu sprechen») cogeretur, qua in re nullum ei periculum ostendebatur. Nempe Cleo videbat, fore ut aut iis quos criminatus esset *(οἷς = τούτοις, οὓς —,* i. e. *τοῖς ἐξαγγέλλουσι)* cum summa sua ignominia concedere cogeretur aut, si contraria dixisset, populo mendax esse videretur, cum verba sua testimonio Theagenis redarguerentur. Cum autem infin. *futuri* *φανήσεσθαι* nec cum *ἀναγκασθήσεται* iungi (Class.) liceat nec multo aptius ad participium *γνοὺς* (Stahl.) referri possit, *φανήσεται* scribendum est, in quod etiam Krueg. incidit. De collocatione particc. *ἢ — ἢ* cf. adnot. Krueg. ad VI, 24, 1.

28, 2. —, *δεδιὼς ἤδη καὶ οὐκ ἂν οἰόμενος οἱ αὐτὸν τολμῆσαι ὑποχωρῆσαι· αὖθις δὲ ὁ Νικίας ἐκέλευε κτλ.]* partic. *οἰόμενος* pro imperfecto *plusquamperfecti* vice fungente *(οὐκ ᾤετο)* hic accipiendum esse videtur (cf. 30, 3: *ὑπονοῶν,* ubi ambiguitas adverbio *πρότερον* addito removetur; V, 32, 4; VI, 69, 1; VII, 37, 3: *τὸ πρῶτον αὐτοὺς οἰόμενοι — ὁρῶντες δὲ*); alioquin enim Cleo eandem opinionem retinere diceretur, quam falsam esse eum modo intellexisse paulo ante scriptum est (*τὸ μὲν πρῶτον*

οἰόμενος αὐτὸν λόγῳ μόνον ἀφιέναι, quorum verborum scholio cuidam verba *καὶ οὐκ — ὑποχωρῆσαι* tribuenda esse suspicabatur Kruegerus, quem secutus est Herw.). Hac difficultate adductus Stahlius locum sic scribendum esse censuit: *δεδιὼς ἤδη. καὶ οὐκ — ὑποχωρῆσαι, αὖθις [δὲ] ὁ N. κτλ.,* ut Niciam sibi obsequi (i. e. imperium suscipere) Cleonem non ausurum esse credentem faciat. Sed praeterquam quod particc. *δεδιὼς ἤδη* et *οὐκ ἂν οἰόμενος* satis dure separantur, huic interpretationi, quae si vera est Nicias imperium deponere non cupiebat, illud obstat, quod ex tota Thucydidis narratione (cf. § 1) apparet, Niciam eiusque collegas Cleoni imperio satis libenter cessisse, quippe qui et voluntatem populi eo inclinare viderent neque illi successurum esse putarent. Quod autem Stahlius dicit, verbum *τολμᾶν* apud Thucydidem nusquam (cf. tamen I, 32, 5; VI, 82, 4) de eis quae ut faciamus praeter voluntatem a nobis impetremus poni, haec notio *sustinendi* exemplis scriptorum omnium Atticorum satis comprobatur (v. lexx.); contra si recte *imperium suscipere audere,* ideo non *obsequi audere* bene dicitur. Classenius ad vulgatam defendendam discrimen quoddam notionum *τῆς στρατηγίας* et *τῆς ἐπὶ Πύλῳ ἀρχῆς* esse statuit, quod mihi quidem nimis artificiosum esse videtur. [Gertzius *οἱ αὐτὸ τολμήσαντι προχωρῆσαι* coniecit.]

30, 2. — *καὶ ἀπὸ τούτου πνεύματος ἐπιγενομένου τὸ πολὺ αὐτῆς ἔλαθε κατακαυθέν. οὕτω δὴ κτλ.]* frustra, opinor, scriptura vulgata temptatur. Dicunt verba *ἀπὸ τούτου,* quae ad genet. *πνεύματος ἐπιγενομένου* necessario pertinent, non «post id tempus, deinde», sed «ex eo tempore» valere necesse esse; sed Antipho I, 17 *ἀπὸ δείπνου* pro *μετὰ δεῖπνον,* quod paulo post sequitur, posuit et Thucydides ipse IV, 78, 6 vv. *ἀπὸ τούτου* notione adverbii *deinde* dixit. Verborum *οὕτω δὴ* non in apodosi positorum unum exemplum ex Thucydide (II, 6, 3) Stahlius ipse protulit, alterum V, 10, 10, si Kruegerum sequemur, habebimus; cfr. Herod. VIII, 94. Id etiam in coniectura Popponis *ἐπεὶ* pro *καὶ* scribentis offendit, quod duo genetivi absoluti praepositi *(τῶν στρατιωτῶν ἀναγκασθέντων κτλ.* et *ἐμπρήσαντός τινος κτλ.)* rationem prorsus diversam ad enuntiatum *ἐπεὶ — κατακαυθὲν* habeant. — In § 3 codd. exhibent *αὐτοῦ ἐσπέμπειν,* quod corruptum esse omnes consentiunt, cum nullum exemplum adverbii *αὐτοῦ* pro *αὐτόσε* positi extet; equidem coniecturam Kruegeri *αὐτόσε*

(ἐς)πέμπειν Bauerianae *αὐτοὺς ἐσπέμπειν* vulgo receptae praetulerim, cum facilius subiectum infinitivi cogitari (cf. III, 44, 3: *ἀφίστασθαι*) quam *αὐτούς*, quod pronomen post *τοὺς Λακεδαιμονίους* ambiguitatem quandam habeat, poni potuisse putem.

32, 1. Verba *λαθόντες τὴν ἀπόβασιν* nemodum satis explicavit; nam quae exempla afferuntur (VII, 15, 2; VIII, 17, 3; Herod. VIII, 106; Eur. Iph. Aul. 516, quibus addatur Xen. Cyrop. III, 1, 19), ad accusativum excusandum vix sufficiunt. Fortasse post *λαθόντες* praepos. *ἐς* intercidit, cuius usus apud Thucydidem latissime patet (cf. v. c. I, 6, 2; II, 37, 1), ut *ἐς τὴν ἀπόβασιν* pro *ἐν τῇ ἀποβάσει* positum sit, cf. Krueg. gramm. § 68, 21 adn. 10 et II, 42, 3; III, 84, 2; VI, 16, 6; VIII, 74, 1; Horat. epistt. II, 1, 189: quattuor — in horas. — § 2. *Μεσσηνίων τε οἱ βεβοηθηκότες καὶ ἄλλοι ὅσοι κτλ.]* Laur. exhibet *καὶ οἱ ἄλλοι*, fortasse melius, cf. V, 18, 7. Idem cod. in § 3 post *διακοσίους* partic. *τε* omittit, qua facile caremus. — § 4. *κατὰ νώτου τε ἀεὶ ἔμελλον αὐτοῖς, ᾗ χωρήσειαν οἱ πολέμιοι, ἔσεσθαι ψιλοί, καὶ οἱ ἀπορώτατοι, κτλ.]* recte Classenius *οἱ πολέμιοι* subiectum verbi *χωρήσειαν* esse statuit, cum paucis versibus ante Lacedaemonii *οἱ πολέμιοι* dicti sint; neque tamen huic partic. *καὶ* delenti neque Stahlio *ψιλοὶ* expungenti assentior. Verba *οἱ ἀπορώτατοι* (sc. *τῶν προσφερομένων*) vocabulo *ψιλοὶ* ita apposita sunt, ut partic. *καὶ* superlativum urgueat: *a tergo semper eis — futuri erant milites levis armaturae, eique infestissimi, quippe qui* cet., cf. VII, 71, 6: *ἄλλοι δέ, καὶ οἱ πλεῖστοι, κτλ.* Madvigius (adv. crit. I p. 319) articulum *οἱ* ante *ψιλοὶ* positum maluerat; quod tamen vix necessarium est. — Infra mire scribi: *φεύγοντές τε γὰρ ἐκράτουν καὶ ἀναχωροῦσιν ἐπέκειντο*, cum verbum *κρατεῖν superiorem esse* («*δρόμῳ* vel *τάχει*», Herw.) hic significare vix possit, iam Krueg. vidit. In simili re Thucydides II, 79, 6: *ὁπότε μὲν ἐπίοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, ἐνεδίδοσαν* et III, 97, 3: *ὅτε μὲν ἐπίοι τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὑπεχώρουν* dixit, ut nostro loco, cum *φεύγειν* idem fere atque *ἐνδιδόναι* et *ὑποχωρεῖν* valeat, fortasse *ἐκρατοῦντο* scribendum sit: fugientes superabantur i. e. *cum superabantur, fugiebant*, ut eos conficere non liceret. Cf. Madv. synt. § 176 b.

33, 2. *προλαμβάνοντες ῥᾳδίως τῆς φυγῆς χωρίων τε χαλεπότητι κτλ.]* similitudine duorum locorum Plutarchi (Alex. 20, 6 et Cic. 47, 2), in quibus *προλαβεῖν τῇ φυγῇ* dicitur, adductus dativum

hic quoque rescribendum esse censuit *Heldius*, quem secutus est Stahlius, Xenoph. Cyneg. 7, 7 afferens, ubi tamen vocabulum *δρόμος* de celeritate cursus, non de cursu ipso positum est. Procopius p. 374 a *(ἄνδρες — κούφως ἐσκευασμένοι καὶ τῇ φυγῇ προλαμβάνοντες)* nostrum locum imitatus est ille quidem, sed in dativo ponendo loquendi usum suae aetatis secutus esse videtur; contra Diod. XVI, 94, 4 *προλαβεῖν τῆς διώξεως* dixit, quod *in persecutione praevenire*, non *persecutionem (τὴν δίωξιν) praevenire* (Stahl.) valet. De genetivo cf. IV, 60, 2, Herod. III, 105 et Madvig. bem. u. e. p. d. griech. wortfügungslehre, pag. 77. Accedit, quod ob dativum qui sequitur Thucydides certe *ἐν τῇ φυγῇ* posuisset.

34, 3. *ἀποκεκλῃμένοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προορᾶν]* «*τῇ ὄψει* oppositionis causa additum, quia sequitur *ἐσακούοντες*» adnotavit Haackius; sed huic verbo genetivus *τοῦ προορᾶν* oppositus est, quo fit ut potius aliquid verbis *ὑπὸ τῆς μείζονος βοῆς* oppositum velimus. Magno opere etiam dativus offendit, pro quo Krueg. *τὴν ὄψιν* malebat; nam plane aliter III, 112, 4 *καθορωμένους τῇ ὄψει* dictum est, cum nostro loco per collocationem verba *τῇ ὄψει* ad *προορᾶν* referri vix liceat. Scripsit fortasse Thucydides *τῇ κόνει*, quod vocabulum pro vocab. *κονιορτὸς* supra bis posito poetae et Plato usurparunt; extat etiam apud Lucianum. [Gertzius *ῥίψει*, sc. *τῶν τοξευμάτων καὶ λίθων* (cf. § 2), conicit.]

35, 4. *οἱ Λακεδαιμόνιοι ἠμύναντο]* Laur. praebet *ἠμύνοντο*, quod ob imperf. *ἀντεῖχον* quod praecedit praeferendum est.

36, 3. *(ἐκεῖνοι τε γὰρ τῇ ἀτράπῳ περιελθόντων τῶν Περσῶν διεφθάρησαν οὗτοί τε)]* Stahlius (cum Herwerd.) verba *τῶν Περσῶν* perperam expungit, quod, cum pronomina *ἐκεῖνοι* et *οὗτοι* particc. *τε — τε* inter se aequentur, in prioribus tantum valeant. Sed ob eandem causam, si quid momenti haberet, articulum *τῇ*, quo notissimus ille callis significatur, deleri necesse esset; neque vero *διεφθάρησαν* ad pron. *οὗτοι* quoque referendum, sed *διεφθείροντο* (cf. de eisdem VII, 71, 7: *προσαπώλλυντο*) vel *διαφθαρήσεσθαι ἔμελλον* supplendum est. — Ceterum haud scio an *τοῖς ἐν Θερμοπύλαις* scriptum fuerit.

38, 1. *τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν Ἱππαγρέτου ἐφῃρημένου κτλ.]* dubito an *ἱππαγρέτου* scribendum sit, id quod iam Krueg. suspicabatur; Laur. quidem hoc vocabulum signo nominis proprii (—) non superposito exhibet. Nihil certe ad collocationem insolitam ex-

cusandam loci a Stahlio ad I, 90, 1 (cf. Krueg. gramm. § 50, 10 adn. 3) collecti proficiunt, quorum nullo nomen proprium numeri singularis sicut hoc loco interpositum est, nec usquam alibi nomen proprium *Ἱππαγρέτης* extat. — § 3. *καὶ ἐκείνων μὲν οὐδένα ἀφέντων, αὐτῶν δὲ τῶν Ἀθηναίων καλούντων κτλ.]* rectissime Krueg. verba *τῶν Ἀθηναίων* delenda esse censuit, quibus demum additis pron. *ἐκείνων*, quod de Lacedaemoniis (inclusis) difficillime accipitur, ambiguum fit. Ceterum paulo magis *ἀφιέντων (οὐκ ἀφίεσαν*, cfr. *καλούντων)* placeret. — In § 5 verba *τῶν ζώντων*, quae ad sententiam intellegendam plane otiosa sunt, fortasse additamentum pronominis *τούτων* est; suspecta ea collocatio quoque reddit.

40, 1. *παρὰ γνώμην τε δὴ μάλιστα — ἐγένετο (τοὺς γὰρ Λακεδαιμονίους — ἀποθνήσκειν), ἀπιστοῦντές τε μὴ εἶναι κτλ.]* frustra anacoluthon non ferendum eo excusat Stahlius, quod sententia inter *παρὰ γνώμην — ἐγένετο* et *ἀπιστοῦντές τε κτλ.* interposita sit; quam artissime cum iis quae sequuntur cohaerere, si sensus parum ostenderet, argumento esset, quod ex verbis *τὰ ὅπλα παραδοῦναι* ad *τοὺς παραδόντας τὰ ὅπλα* repetendum est. In verum iam Madvigius incidit (adv. crit. I p. 319) *ἠπίστουν τε* coniciens, quo restituto post *ἐγένετο* plenius distinguendum, signa vero parenthesis omittenda sunt. Partic. *τε* cod. M. omittit.

41, 3. *λῃστείας καὶ τοιούτου πολέμου]* Laur. exhibet *τοῦ τοιούτου*, quod restituendum est, cum ante *τοι-* syllabam articulus facillime excidere potuerit; positus est in prorsus simili iunctura II, 47, 4: *μαντείοις καὶ τοῖς τοιούτοις.* — Paulo ante (§ 2) ex cod. Pal. solo *γῆς* male expungitur, quod ob homoeoteleuton verbi *οὔσης* excidisse videtur; et cf. v. c. II, 29, 3.

43, 1. *ξυνέβαλλεν]* in Laur. extat *ξυνέβαλεν (pugnam commisit)*, quod ob *ἦλθεν* quod praecedit praetulerim. — Proxime in eodem non deterius *πρῶτα* scribitur, cf. 66, 4; 124, 3; VI, 39, 1, ubi semper *ἔπειτα* sequitur.

44, 2. *ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ οὐ κατὰ δίωξιν πολλὴν οὐδὲ ταχείας φυγῆς γενομένης, ἐπεὶ ἐβιάσθη, κτλ.]* reliquus exercitus Corinthiorum cornu dextro, ubi plerique in cedendo occiderunt (v. proxima superiora), opponitur, ut scriptor eum non *fuga effusa* cessisse *(ἐπαναχωρήσασα)* dixisse videatur. Hoc vero in cornu dextrum plane cadit, ut vix recte Stahlius

τῷ αὐτῷ τρόπῳ scribendum esse censuerit, nec vulgata sanam sententiam habet; Class., quem secutus est Herwerd., Valla praeeunte facili remedio delendi usus est, ut originem glossematis parum explicaret. Fortasse Thucydides sic scripsit: *ἡ δὲ ἄ. στρ. οὐ τούτῳ τῷ τρόπῳ κατὰ δίωξιν κτλ.*: reliquus autem exercitus, *cum fuga non hoc modo inter acrem persecutionem nec celeriter facta esset*, inclinatus cet.

45, 2. *ἐς Μεθώνην τὴν μεταξὺ Ἐ. κ. Τ.]* auctoritatem Strabonis (VIII, 6, 15 ed. Kram.) secutus Stahlius formam Doricam *Μέθανα* (cf. Paus. II, 34) praetulit, fortasse recte; sed dubito an potius propter sequens *τὴν*, ad quod *πόλιν* suppleri vix potest, *Μέθαναν* scribendum fuerit.

47, 1. *ὡς δὲ ἔπεισαν καὶ μηχανησαμένων τὸ πλοῖον ἐκπλέοντες ἐλήφθησαν]* mutationem subiecti per se satis molestam participio *μηχανησαμένων* addito, cuius idem subiectum atque verbi *ἔπεισαν* est, ferri minime posse elucet, ut *ἐπείσθησαν* scribendum sit; in idem Herw. incidisse video. [«An *πεισάντων* fuit?» Gertzius.]

48, 1. *(ᾤοντο γὰρ αὐτοὺς μεταστήσοντάς ποι ἄλλοσε ἄγειν)·]* Laur. exhibet: *ἄλλοσ' ἐπάγειν*, nullo sensu; sed fortasse fuit *ἐξάγειν* (cf. supp.) vel *ἀπάγειν*. — § 3. *αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνοῦσαι]* dativum *commodi αὐτοῖς* h. l. ineptum esse Herw. vidit, *αὐτόθι* vel *αὐτοῦ* coniciens; etiam *αὐτῷ* (i. e. *τῷ οἰκήματι*) placet. — In § 4 extr. medium *ἠνδραποδίσαντο* hoc solo loco a Thucydide positum recte, opinor, defendit Betantius, cum vertit: *suas servas fecerunt*, ut nihil correctura Meinekii *ἠνδραπόδισαν* opus sit.

50, 2. *εἰ οὖν βούλονται σαφὲς λέγειν]* pron. *τι* omissum forsitan loco VI, 21, 1 *(ἄξιον τῆς διανοίας δρᾶν)* defendi possit; sed cum in Laur. post *οὖν* extet, recipere praestiterit.

52, 3. *(ναῦς τε γὰρ εὐπορία ἦν ποιεῖσθαι αὐτόθεν .... καὶ τῇ ἄλλῃ σκευῇ)]* nec dativum bene se habere nec vocabulum *σκευῆς (apparatus, habitus)* hic aptum esse, omnes fere consentiunt. Cod. G. solus *παρασκευῇ* exhibet, quod Poppone praeeunte editores omnes ita arripuerunt, ut *τὴν ἄλλην παρασκευὴν* scriberent; sed cum in Laur., contra quem codicis G. ut recentioris nulla fere auctoritas est, *σκευῇ* scriptum sit, praepos. *παρα-* correctura additam esse veri similius est, sicut I, 6, 3 in Vatic. solo *κατασκευὴ* correctura perversa scribitur. Itaque potius

suspicor, Thucydidem *τὰ ἄλλα σκεύη (armamenta)* scripsisse, sed vocabulo *σκεύη* in *σκευῇ* mutato etiam *τὰ ἄλλα* corrupta esse. — Quod ad verba: *ξύλων ὑπαρχόντων καὶ τῆς Ἴδης ἐπικειμένης* attinet, coniecturae Stahlii, qua *ἐκ* pro *καὶ* scribit, id obstare, quod *τῆς ἐπικ. Ἴδης* dicendum fuerit, recte Classenius monuit; sin autem duo membra sunt, multo aptius adv. *αὐτόθεν* quod proxime praecedit cum verbis *ξύλων ὑπαρχόντων* iungitur, id quod iam Krueg. suasit.

53, 1 pro *ἀγαγόντες* haud dubie scribendum est *ἄγοντες*, cf. II, 80, 6; IV, 124; V, 9, 7 cet.; saepius in contrariam partem a librariis peccatum est.

54, 3. *τό τε παραυτίκα καὶ τὸ ἔπειτα τῆς ὁμολογίας ἐπράχθη αὐτοῖς]* miror Stahlium articulum *τὰ,* quem scriptura vulg. habet, ideo ante verba *τῆς ὁμολογίας* omittere, quia non codd. optimis insit, cum genetivum pro partitivo accipiendum esse dicat. Exempla certe genetivi sic positi afferre debuit; nam reliquus usus Thucydideus repugnat, cum *τὸ παραυτίκα* pro adverbio octiens (v. Betant.), substantivi vice fungens semel (III, 56, 7), *τὸ ἔπειτα* vero bis tantum idque pro adverbio (IV, 107, 1; V, 115, 4) positum sit; usum articuli periphrasticum tuentur loci I, 141, 2; II, 60, 1; V, 86; VI, 29, 1. Artic. *τὰ* post *-τα* facillime intercidere potuisse elucet.

55, 1. *γεγενημένου μὲν τοῦ ἐπὶ τῇ νήσῳ πάθους]* praepositionem *ἐπὶ* pro *ἐν* positam eo excusabat L. Herbstius, quod etiam ea quae propter Sphacteriam, in Pylo, gesta essent significarentur. Sed praestiterit cum Laur. *ἐν τῇ νήσῳ* scribere, cum praesertim in proximis Pyli nominatim mentio fiat. Consentit Herw. — In § 2 verba *μάλιστα δὴ ὀκνηρότεροι tunc potissimum tardiores* Portus vertit, tamquam si *μάλιστα δὴ τότε* (quod Herwerd. in Mnemos., n. s., I p. 86 coniecit) scriptum sit; sed insolita coniunctione comparativi et superlativi significatur, accessionem segnitiei Lacedaemoniorum tunc factam quam maximam fuisse; quare sic vertatur: *reique gerendae tarditas, si unquam ante, maxime aucta est.*

59, 4. — *καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους δι' ἀντιλογιῶν πειρώμεθα καταλλαγῆναι]* editores recentiores (incertum an etiam Herwerd.) Vallam secuti verbi *πειρώμεθα* modum coniunctivum esse existimant, quem verius Heilmannus pro indicativo habuisse videtur. Primum quod ad formam solam attinet, cum verbum aoristi

indicativi *(ἐπολεμήσαμεν)* praecesserit et verbum futuri indicativi *(πολεμήσομεν)* sequatur, verbum praesentis coniunctivi interpositum esse vix veri simile est. Deinde in conspicuo est, Siceliotas iam priusquam Hermocrates dixerit inter se disceptando *(δι' ἀντιλογιῶν)* reconciliari conatos esse, ut hoc tempore non ad periclitationem *(πειρώμεθα)*, sed ad reconciliationem ipsam faciendam eos orator adhortari debuerit. Postremo, si *πειρώμεθα* pro coniunctivo accipiatur, praeposita illa verba: *τὰ γὰρ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι* ad tertium membrum: *ἢν ἄρα μὴ προχωρήσῃ .. πάλιν πολεμήσομεν* referri non possint, qua re fiat, ut hoc membrum nullum sanum sensum habeat. Sententia totius loci haec est: quod si nobis quoque in praesentia persuadebitur (adhortationes ad reconciliationem faciendam *utiles* esse), maximo commodo erit; id enim agentes, ut suis quique rebus bene (i. e. *ad utilitatem*) consuleremus, et ab initio bellum suscepimus et nunc inter nos disceptando reconciliari conamur et, si forte non omnibus contigerit, ut ius suum obtinentes discedant, denuo bellum geremus. Nempe id orator premit, Siceliotas in rebus gerendis semper suam quosque utilitatem sequi.

60, 2. — *ἄνδρας οἳ καὶ τοὺς μὴ ἐπικαλουμένους αὐτοὶ ἐπιστρατεύουσι]* «homines, qui etiam eorum fines qui eos non accersiverunt ingrediuntur.» Sic fere vertitur et ad accusativum explicandum confertur c. 92, 5: *τὸν μὲν ἡσυχάζοντα — ἐπιστρατεύειν*; sed hoc loco satis declaratur, verbum *ἐπιστρατεύειν* cum accus. coniunctum de ingressu *hostiliter*, non ad homines defendendos facto poni, quod idem locis quos Matth. gramm. § 402 a adn. 1 collegit comprobatur. Quam ob rem scriptura codicis Laur. *τοῖς μὴ ἐπικαλουμένοις* praeferenda est; dativus scilicet quibus expeditio commodo sit significat: *qui etiam eis, qui eos non advocaverunt, expeditiones faciunt.* Verbum *ἐπιστρατεύειν* etiam I, 38, 4 absolute positum est. — Supra (§ 1) Hermocrates Athenienses tunc *ὀλίγαις ναυσὶ* advenisse dicit; sed miror, si amplius quadraginta naves (cf. III, 115, 4; IV, 2, 2; 48, 6) Syracusanis paucae visae sint (cf. c. 24, 3). Fortasse igitur *οὐκ* ante *ὀλίγαις* excidit, id quod VII, 29, 3 factum est (cf. etiam ad III, 13, 5).

62, 2. *ἢ δοκεῖτε, —, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὸ μὲν παῦσαι ἂν ἑκατέρῳ, τὸ δὲ ξυνδιασῶσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρό-*

τητας ἀκινδυνοτέρους ἔχειν τὴν εἰρήνην,] Heilmannus *παύσαι — ξυνδιασώσαι* ex aliquot codd. (non Laur.) scripsit, quem secuti Krueg. et Class. ad omissionem particulae *ὅτι* excusandam I, 3, 2 contulerunt. Sed huius loci plane aliam rationem esse recte docuit Stahlius; accedit, quod terminatio *-σαι* singularis opt. aor. Thucydidi abiudicanda esse videtur. Audacius Herwerd. *ἡσυχίαν — πόλεμον* scribens locum sanabat, cui coniecturae illud quoque obstat, quod Thucydides rarissime (v. c. VI, 104, 3, de quo tamen loco cf. adn. ad VII, 1, 2) verbo *δοκεῖν* notionem *arbitrandi*, ut non idem ac (*sibi*) *videri* valeat, tribuit. Sed praestiterit, opinor, una littera mutata *δοκεῖ γε* scribere, cum particc. *τε* et *γε* saepissime inter se permutatas esse satis constet (velut 65, 4; 82, 2 et 6; VII, 28, 3; VIII, 91, 3); de transitu ad accusativum cum infin. facto cf. IV, 3, 3 et Krueg. ad Xen. Anab. I, 4, 18. — In § 3 extr. scribitur *τοῖς δ' ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν προσκαταλιπεῖν τὰ αὑτῶν ξυνέβη*, sed Laur. *τοὺς δ'* exhibet, quod ut exquisitius praetulerim (cf. VII, 11, 4). Pro ipso verbo *προσκαταλιπεῖν* haud dubie corrupto (cf. II, 36, 2 et lexx.) fortasse *προσκαταλυπεῖν*, quod sane nusquam alibi extat, scribendum est; valet: *insuper laedere* (cf. VI, 66, 1; *κατα-* additum est ut in *καταδουλοῦν, καταλυμαίνεσθαι*, all.). Cfr. c. 80, 1: *ἀντιπαραλυπεῖν*.

63, 2. — *ἀμυνούμεθα, ἢν δ' ἀπιστήσαντες ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα κτλ.]* ad verba *οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα* scholiastes: *λείπει ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἔσται* adnotavit, Heilmannus *λόγος ἔσται* cogitando suppleri voluit; sed Stahlio haec nec per leges ullius linguae nec per usum loquendi Graecum licere dicenti Classenius frustra obloquitur. Stahlius dum membrorum inter se oppositorum aequabilitatem, quam non solum sententiis, sed etiam verbis inesse vult, nimis urguet, pro verbis *ἢν — ὑπακούσωμεν* scripsit *ἤδη, ἀπιστήσαντες (δ') ἄλλοις ὑπακουσόμενοι*, ut *πειθόμενοι* et *ἀπιστήσαντες, πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν* et *ἄλλοις ὑπακουσόμενοι* inter se referrentur; qua in scriptura verba *οὐ περὶ τοῦ κτλ.*, quae quo pertineant minime liquet, nullam explicationem habent, cum interim in ultimis quidem membris illa aequabilitas nihilo magis restituatur. Vertit ea ille quidem: *non ad ulciscendum aliquem*, sed haec notio a praepositione *περὶ* prorsus aliena est, nec quicquam valet locus III, 45, 6: *περὶ τῶν μεγίστων*, ubi ex praecedentibus *κινδυνεύουσι* facile suppletur. Potius verba *περὶ τοῦ* corrupta esse et *περιέσται*

scriptum fuisse crediderim, quo verbo restituto omnia bene se habebunt: — *non continget*, ut aliquem ulciscamur cet.; hoc verbum eodem sensu II, 89, 3 extat, et *περιγίγνεται*, quod idem valet, cum nudo infinitivo II, 39, 4; 87, 6 positum est. Cf. etiam Demosth. II, 29. — Verba in fine capitis posita: *οἷς οὐ χρὴ* de Siceliotis (cf. schol.), non de Lacedaemoniis accipienda esse, nisi Classenium errare viderem, non monerem; tota enim Hermocratis oratio eo spectat, ut Siceliotas alterutris, aut Atheniensibus aut Lacedaemoniis, se adiungere vetet, Athenienses vero ideo solum, quia rebus alienis se immisceant, *omnibus* Siceliotis inimicissimos appellet, qui sententiarum tenor dissolvatur, si aliquod Siceliotarum erga Lacedaemonios officium intellegatur.

67, 3. — *οἱ προδιδόντες τῶν Μεγαρέων οὗτοι τοιόνδε ἐποίησαν]* verba *οἱ προδιδ. τῶν Μεγ.* haud dubie ad pron. *οὗτοι* explanandum addita sunt, cum hi illi ipsi sint, quorum ut profectionem Atheniensium cognoscerent interfuisse paulo ante dictum est *(οἱ ἄνδρες οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι)*, scilicet proditores Megarenses; vix enim, id quod Classenius vult, illo loco custodiae ab Atheniensibus dispositae, quae nullae erant, intellegendae sunt. Ut suspecta sint, facit etiam collocatio.

68, 5. *καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς Ἐ. κατὰ τὸ ξυγκείμενον τετρακισχίλιοι ὁπλῖται — πορευόμενοι παρῆσαν]* articulum *οἱ* ideo delendum esse censet Stahlius, quod hi milites antea non commemorati sint; sed verbis *κατὰ τὸ ξυγκείμενον* satis definiuntur.

72, 2. *τῶν μὲν ὁπλιτῶν περί τε τὴν Νίσαιαν ὄντων καὶ τὴν θάλασσαν]* nulla necessitate Stahlius partic. *τε*, quam praebent codd. C. E. G. M., sustulit; cf. c. 23, 2. Eam locorum diversitatem esse apparet, ut altero membro castellum, altero portus significetur.

75, 2. *ἐν τῇ Ἡρακλεώτιδι ὁρμήσας ἐς τὸν Κάλητα ποταμὸν ἀπόλλυσι τὰς ναῦς]* male scripturam *ὁρμήσας* vulgatae *ὁρμίσας*, quae Laur. comprobatur, Stahlius praefert; nam verbum *ὁρμεῖν* numquam, verbum *ὁρμίζειν* saepius cum *ἐς* praepos. Thucydides iungit (cf. Betant.), neque traiectio obiecti communis *(τὰς ναῦς)* post *ἀπόλλυσι* positi quidquam offensionis habet.

78, 3. *εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τὸ ἐγχώριον οἱ Θεσσαλοὶ]* accusativum *τὸ ἐγχώριον*, quem *ἐγχωρίως* interpretatus est scholiastes, neque similitudine quae esse videtur

locutionis *τὸ ἀρχαῖον* neque loco II, 15, 5 (*τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο*) satis defendi, Stahlio prorsus assentiendum est. Sed valde dubito rectiusne hic scripturam Dionysii (p. 799): *τῷ ἐπιχωρίῳ* sic amplexetur, ut haec verba *domesticus rerum status* vertat et dativos *δυναστείᾳ* et *ἰσονομίᾳ* praedicati vice fungi statuat; nam et illa notio his verbis vix inesse potest et potius quam substantivos adiectivum illo modo positum esse expectaveris. Ego suspicor, *ἐχρῶντο ἐγχωρίῳ* (vel *ἐπιχωρίῳ*) scriptum fuisse, sed articulo *τὸ* per dittographiam syllabae proxime antecedentis addito in aliis libris, velut nostrorum archetypis, dativum in accusativum mutatum, in aliis vero, ut Dionysii, in alteram partem erratum esse. Adiectivum *ἐγχωρίῳ* praedicative positum idem atque *ἐν τῇ χώρᾳ* valet. — In § 4 Classenio auctore Stahlius cod. Vatic. (cett. *νῦν τε* exhibent) secutus *νῦν δὲ ἀκόντων ἐκείνων οὐκ ἂν προελθεῖν* scribit, quod voluntas Thessalorum sententiae Brasidae ipsius opposita sit; sed aptius hoc tertium membrum per *τε* partic. adiungi mihi videtur, quippe quod etiam sicut duo superiora animum Brasidae erga Thessalos amicum significet, ut verbis demum: *οὐ μέντοι ἀξιοῦν γε εἴργεσθαι* oppositio fiat. — In § 6 codd. A. et B. soli *οἱ μὲν τῶν Θεσσαλῶν ἀγωγοὶ* praebent; reliqui *τῶν* omittunt, rectius fortasse, cum hi duces sua sponte, non munere a Thessalis *omnibus* imposito fungentes Brasidam duxerint.

80, 2. *μή τι πρὸς τὰ παρόντα τῆς Πύλου ἐχομένης νεωτερίσωσιν]* verba *τῆς Π. ἐχομένης* interpretamentum verborum *τὰ παρόντα* valde sapiunt. — In § 3 scripturae vulgatae *νεότητα* optimo iure damnatae scripturam Vaticani (et A. rec.) *σκαιότητα* iniuria recentiores substituerunt, quod vocabulum neque *temeritatem* neque *importunitatem*, sed *stoliditatem* significat. Fortasse Thucydides *καινότητα* (cf. III, 38, 5) sensu vocabuli *καινοτομία (novandi studium)* posuit, cuius interpretamentum *νεότητα*, correctura *σκαιότητα* esse potest. Hoc in cod. F., qui post tres quattuorve litteras erasas *νεότητα* exhibet, scriptum fuisse suspicari licet. — Quod in § 4 scribitur: *καὶ προκρίναντες ἐς δισχιλίους οἱ μὲν ἐστεφανώσαντο —, οἱ δὲ — ἠφάνισαν κτλ.*, frustra mutationem subiecti loco III, 34, 3 collato excusant editores, ubi plurima verba inter participium et subiectum novum interposita sunt. Scribendum est *προκρινάντων*; causa mendi in conspicuo est.

81, 1. *αὐτὸν δὲ Βρασίδαν βουλόμενον μάλιστα Λακεδαιμόνιοι ἀπέστειλαν]* vertit Krueg. (et post eum Class.): «besonders weil er es wünschte»; quod si Thucydides pronuntiare voluisset, potius *μάλιστα βουλόμενον* (cf. c. 79, 2 extr.) posuisset, quam ob rem illa *summopere cupientem* vertenda sunt. Sed cum verbis quae sequuntur: *ἄνδρα ἔν τε τῇ Σπάρτῃ — Λακεδαιμονίοις γενόμενον* causa contineatur, non cur Brasidas ipse exire voluerit, sed cur eum Lacedaemonii mittere voluerint, suspicor, *βουλόμενοι μάλιστα* (*summa voluntate*) scriptum fuisse, qua scriptura adhibita etiam verbum interpositum *προυθυμήθησαν* paulo magis ferendum fit.

83, 2. — *Βρασίδας λόγοις ἔφη βούλεσθαι πρῶτον ἐλθὼν πρὸ πολέμου Ἀρρ. ξυμμ. Λακ., ἢν δύνηται, ποιῆσαι]* satis difficulter dativus *λόγοις* cum verbo *ποιῆσαι* nimis distante coniungitur et mire partic. *ἐλθών*, quod plane vacat, additum est; veri igitur simile est, *ἐς λόγους* scribendum esse, cum praesertim praep. *ἐς* post *-ας* facile excidere potuerit. In idem Herwerd. incidisse video.

85, 4. *κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνεῤῥίψαμεν — ἰόντες — καὶ πᾶν τὸ πρόθυμον παρεχόμενοι]* partic. *τε* tanquam seriem orationis turbantem expungunt editores; quae tamen an retinenda sit dubito. Nam Lacedaemonii dum summum studium afferunt periculum subire proprie dici non possunt, quo fit ut partic. *παρεχόμενοι*, si sententiam spectes, ad verbum *ἀνεῤῥίψαμεν* non item pertineat; sed propter partic. *ἰόντες* interpositum alterum verbum, quod *παρεσχόμεθα* esse debuit, formam participii accepit. — Quod in § 6 in codd. scribitur: *καὶ τὴν αἰτίαν οὐχ ἕξω πιστὴν ἀποδεικνύναι ἀλλ' ἢ ἄδικον τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρειν ἢ ἀσθενὴς — ἀφῖχθαι,* recte editores hodie verba *τὴν αἰτίαν* ad proxima superiora ita referunt, ut causam cur ab Acanthiis Brasidas repulsus sit, non cur Lacedaemone exierit (*«τῆς ἐμῆς ἐξόδου»*, schol.), intellegant. Sed mire eos fefellit, orationi sic intellectae ironiam minime convenientem inesse, cum Brasidas causas, cur repulsus fuerit, eas solas edere posse dicatur, quas adversarii eius adferre deberent; accedit insuper, quod durissime infinitivi *ἐπιφέρειν* et *ἀφῖχθαι* a verbis *τὴν αἰτίαν ἀποδεικνύναι* pendent, quam constructionem similitudo verbi simplicis *αἰτιᾶσθαι* cum infin. iuncti parum tuetur. Itaque conicio, *οὐ δόξω* scriptum fuisse, qua scriptura restituta omnia recte se habent:

nec causam probabilem edere videbor, sed [qui scripturam codd. tuentur, *ἀλλ'* scribere debebant] *aut — aut — videbor.* Idem Herwerd. post *ἐλευθερίαν* audacius *δόξω* addens quaesivit. — § 7. *ὥστε οὐκ εἰκὸς νηΐτῃ γε αὐτοὺς τῷ ἐν Νισαίᾳ στρατῷ ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἀποστεῖλαι]* pro *τῷ ἐν Νισαίᾳ,* quae verba Dobreeus et Arnoldius deleri iusserant, codex Palat. solus *τῷ ἐκεῖ* exhibet, qua discrepantia utrumque interpretamentum esse (Stahl.) minime elucet; multo enim veri similius est, verba *τῷ ἐν Νισαίᾳ* interpretationis causa adscripta in contextum irrepsisse. Sed durissime ex iis quae sequuntur vocabulum *στρατῷ* ad *νηΐτῃ* auditur, neque *στρατὸς* de expeditione dici potest. Itaque suspicor, *νηΐτην* (sc. *στρατὸν*) scribendum esse: *propterea non veri simile est, navalem quidem eos exercitui, quem illic habuerint, numero* (cf. III, 98, 4; VIII, 104, 5; de artic. omisso vid. adn. Krueg. ad Xen. Anab. IV, 2, 2 et Thuc. IV, 56, 1; 94, 1; V, 8, 2; VII, 12, 4) *parem contra vos missuros esse* (nam quominus ne maiorem etiam mittant vereamini, difficultas expeditionis navalis impedit). Quanquam loco sic quoque intellecto obscuritatem quandam inesse infitias non eo, quae tamen an Thucydidi ipsi imputanda sit dubito.

86, 2. *οὔκουν ἀξιῶ οὔτ' αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι, —, οὔτε τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι, προσχωρεῖν τε ὑμᾶς κτλ.]* alterum *οὔτε* Stahlius Herwerd. secutus in *οὐδὲ* mutavit, ut *οὔτε — τε* inter se referrentur. Sed quod *αὐτὸς* et *ὑμᾶς* inter se opponi dicit, collocationi verborum repugnat, quae certe *ὑμᾶς τε προσχωρεῖν* esse debebat; tertium igitur membrum particula *τε* libere additum magis quam superioribus iuxta positum esse videtur; quanquam fortasse cum Bekk. et Krueg. *προσχωρεῖν δὲ* scribere praestat.

87, 1. *καὶ οὐκ ἂν μείζω πρὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε ἢ οἷς τὰ ἔργα — δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἶπον]* multa in hac codicum scriptura offendunt, quam Dobreeus (advers. ed. germ. I p. 47) parum explicavit. Dure enim apud partic. *ἢ* e relativo *οἷς* genetivus *τούτων* ita cogitando petitur, ut *βεβαίωσις τούτων fides ab eis accepta* («eine von denen ausgehende Gewährleistung») significet, et dativum ipsum *οἷς* multo facilius cum *δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται* quam cum verbis *τὰ ἔργα,* ut pro *ὧν* positus sit, iungimus; ad sententiam autem loci obscurandam transitio a causa sin-

gulari *(πρὸς τοῖς ὅρκοις — λάβοιτε,* non *λάβοι τις)* ad sententiam universam *(εἶπον, dixerunt)* facta accedit. Suspicor partic. *ᾗ* delendam esse, quo facto enuntiatum relativum vi causali habemus (cf. Stahl. ad c. 26, 4): *ut quibus actiones* (meae) *cum verbis comparatae necessario fidem faciant, ea re vera utilia esse quae dixerim.* Comparativus *μείζω* causa particulae addendae fuisse videtur. — § 4. *οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ'ἂν τάδε πράσσοιμεν]* editores recentissimi coniecturam Dobreei: *τάδ' ἐπράσσομεν* receperunt; sed dubito an non necessaria sit. Sententia scripturae vulgatae haec est: *alioqui* (i. e. si illae duae *ἀνάγκαι,* causae necessariae, non valeant) haec nullo iure faciamus, i. e. *haec quae facimus iniusta sint*; optativus potentialis similiter Xen. Cyrop. VIII, 2, 21 positus est.

92, 4. *παράδειγμα δὲ ἔχομεν — τῆς ἄλλης Ἑλλάδος τὸ πολὺ ὡς αὐτοῖς διάκειται]* verba *ὡς αὐτοῖς διάκειται* non de animo erga Athenienses reliquorum Graecorum, sed de condicione *(διάθεσις)* eorum dicta esse, sententia totius loci docet (cf. adnot. Stahlii); sed cum *αὐτοῖς* de ceteris Graecis intellectum plane vacet, alia explicandi ratio quaerenda est. Iam vero cum vv. *αὐτοῖς διάκειται* idem atque *ὑπ' αὐτῶν* (i. e. *τῶν Ἀθηναίων*) *διατέθειται* vix valere possint, *αὐτοῖς* pro dativo *commodi* qui dicitur habendum est, ut sic fere vertatur: *qua eos condicione esse sinant* (Athenienses). [Gertzius *(ὑπ') αὐτοῖς* conicit.] — Quod infra (§ 5 in.) scribitur: *τοσούτῳ ἐπικινδυνοτέραν ἑτέρων τὴν παροίκησιν τῶνδ' ἔχομεν,* mirum in modum editores scholiastam secuti genetivum *ἑτέρων* idem atque *ἢ τὴν ἑτέρων* valere statuunt; eis enim, quae proxime antecedunt *(τοῖς μὲν ἄλλοις οἱ πλησιόχωροι — ἡμῖν δὲ κτλ.),* diserte dicitur, vicinitatibus quas ceteri populi habeant periculosiorem Boeotos habere, ut nulla vicinitatum, quas Boeoti ipsi habeant, inter se comparatio fiat. Itaque simplicius *ἑτέρων* pro *ἢ ἕτεροι* positum esse statuendum est. — Paulo infra frustra verba *ἧσσον ἑτοίμως κατέχειν* editores defendunt. Insit sane verbo *κατέχειν* *sustinendi* notio, quam certe locus VII, 66, 2 *(ναυτικῷ πάντα κατασχεῖν, obtinere,* cf. h. l.: *τὴν γῆν . . κατέσχον)* minime tuetur; adverbio *ἑτοίμως* tamen indicatur, verbum aliquod notione *invadendi, oppugnandi* praeditum scriptum fuisse, ut Reiskius *κατατρέχειν* (cf. II, 94, 3; VIII, 92, 3; 99, 1) coniciens verum vel certe veri simillimum invenisse videatur; nam loco I, 103, 4, ubi dativus *πολέμῳ*

verbo *κατέχειν (premere)* additus est, noster vix defenditur. Suidam iam locum corruptum legisse adnotat Stahlius.

94, 1. *ἅτε πανστρατιᾶς ξένων τῶν παρόντων καὶ ἀστῶν γενομένης]* supra (c. 90, 1) Hippocrates *Ἀθηναίους πανδημεί, αὐτοὺς καὶ τοὺς μετοίκους καὶ ξένων ὅσοι παρῆσαν,* eduxisse dicitur, ut mire hoc loco inquilinos, qui certe numero multo plures quam qui *ξένοι* proprie dicuntur fuerunt, praetermisisse videatur Thucydides. Nam ut nomen *ἀστῶν,* quo vocabulo semper cives inquilinis *(ξένοις)* opponuntur (cf. II, 34, 4; VI, 27, 2; 30, 2), et cives et inquilinos comprehendat, id quod Classenius opinatur, vix fieri potest. Itaque verba *τῶν παρόντων,* quae ex c. 90, 1 irrepsisse videntur, delenda sunt, cum Thucydides hoc loco peregrinos qui non metoeci erant («vorübergehende passanten») vel omittere vel nomine *τῶν ξένων* comprehendere facile potuerit. Totum versiculum temere Herwerd. expunxit.

96, 3. *ὑποχωρησάντων γὰρ αὐτοῖς τῶν παρατεταγμένων καὶ κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ, οἵπερ διεφθάρησαν Θ., ἐν χ. ἀ. κατεκόπησαν]* correctio Kruegeri *κυκλωθέντες* haud dubie recipienda est. Neque enim particc. *ὑποχωρησάντων* et *κυκλωθέντων* sic inter se diiungi facile possunt, ut subiecta diversa sint, nec vero ad part. *κυκλωθέντων,* quod *omnes* Thespienses complectitur, enuntiatum *οἵπερ διεφθάρησαν Θ.* referri licet. At saepissime (velut c. 41, 3) Thucydides participia diversorum casuum iunxit, facileque cur *κυκλωθέντων* librarii scripserint intellegitur (cf. ad VII, 50, 2). Enuntiatum relativum restrictionem necessariam subiecti amplioris habet, cum Thespienses non universi occiderint, ut aliud verbum (*διεστράφησαν* coni. Driessen.) quaeri necesse non sit.

98, 1 extr. adverbium *μᾶλλον (melius)* per lenissimam pronominis *σφᾶς* traiectionem ad *ἀμύνωνται,* non ad *ἵνα* (Krueg.) aut *ἀδικοῦντας* (Class.), referendum est. — § 2 recte Stahlius *πρὸ τοῦ* (codd. *πρὸς τοῖς,* nisi quod in Laur. *τοῦς* fuisse videtur) *εἰωθόσι* scripsit, sed dubito an verbum *δύνωνται* ad *τούτων,* ut *θεραπεύειν* audiatur, non ad *τὰ ἱερὰ* referendum sit; nihil certe adv. *ἀεὶ (γίγνεσθαι)* additum ad verbum numeri pluralis apud subiectum neutri generis positum excusandum efficit (Class.). — In § 4 quod scribitur: *καὶ αὐτοί, εἰ μὲν ἐπὶ πλέον δυνηθῆναι τῆς ἐκείνων κρατῆσαι, τοῦτ᾽ ἂν ἔχειν· νῦν δὲ κτλ.,* dubitatur utrum *δυνηθῆναι — ἂν ἔχειν* ad *ἐδυνήθησαν — ἂν εἶχον* an ad *δυνηθεῖεν*

